LETRAS APPOSTO-
licas Executoriales dela Ro-
ta de ſu Sanctidad ſobre la il
legitimidad de don Iuan
Puertocarrero, tene-
dor del condado
de Puñon
Roſtro





Erenißimo & Catholico Principi & domino, domino PHILIPPO ab Austria diuina fauēte clementia Hispaniarum, Neapolis, vtriusq; Siciliæ citra & vltra Pharum Regi, Mediolanensi Duci, cæterorumq; dominiorū vestrorū fœlicis prosperitatis augmentum, vestrisq; viceregibus, nec non Reuerendißimo ac Reuerendis Patribus Dominis Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopo Toletano ac Segobiensi & Seguntiñ Episcopis, eorumq; & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus vicarijs, seu officialibus generalibus, Curiæq; causarum, Cameræ Apostolicæ generali Auditori, eiusq; vice auditori, seu locum tenenti: vniuersis quoq; & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Succentoribus, Sacristis tam Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parrochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus, seu loca tenentibus eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, curatis & non curatis, ac monasteriorū, ordinum quorumcunq; Fratribus Monachis Sancti Ioannis Hierosolimitani Beatæ Mariæ Theutonicorū, & Sancti Iacobi de Spata Magistris, Commendatoribus, Præceptoribus Bailiuijs, eorumq; locatenentibus, nec non Prædicatorum Minorum Heremitarum, Sancti Augustini & Beatæ Mariæ Carmelitarum, ac aliorum Ordinum quorumcunq; domorū, & Conuentuum Fratribus Regularibus & conuentualibus, exemptis & non exemptis, cæterisq; Presbiteris, Clericis, Notarijs & Tabellionibus publicis, ac fructuum reddituum & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum, Collectoribus & subcollectoribus pro tempore existentibus quibuscunq; perdictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, prouincias, ciuitates & dioceses ac alias vbilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum, nec non Illustribus Principibus, & magnificis viris, Dominis, Ducibus, Marchionibus, Lantgrauijs, Comitibus, Baronibus, Viceconiitibus, Militibus, Militaribus, Nobilibus, Armigeris, Domicellis, Burgrauijs, Seneschallis, exercituum & armorum Conductoribus, Capitaneis, Potestatibus, Prioribus, Marescallis, Castellanis, Proconsulibus, Consulibus, Sa-

¶Vltimas executoriales de la Rota de su Sanctidad, en que se contienen en sustancia otras primeras que dio la misma Rota cōtra Beatriz de Baena madre de Don Ioan PuertoCarrero, que se llama Conde de Puñon Rostro enel año de. 1537. Y otras segundas de verbo ad verbum, que dio despues contra los dichos dō Ioan y su madre juntamente enel año de. 1551.

¶Dirigidas las primeras y segundas al Emperador Don Carlos de gloriosa memoria. ¶Y las vltimas a la Magestad del Rey Philippe nuestro Señor, y succeßiuamēte a todos los que se van notando enla margen.

A los vireyes de su Magestad.

Al Arçobispo de Toledo, y a los Obispos de Segouia y Ciguença, y sus Vicarios generales.

Al auditor de la Camara.

A todas las personas ecclesiasticas destos Reynos constituy das en dignidad.

A los generales y prouinciales delas religiones

A todos los Comendadores y caualleros de las ordenes.

A todos los Monjes y Frayles de todas las religiones.

A todos los Principes Duques, Marqueses, Cōdes, &c.

 binis

A todos los Presidentes, Oydores, Gouernadores, juezes, ordinarios, ecclesiasticos y seglares justicias, &c. y a qualquiera de los suso dichos insolidum.

Y especialmente al dicho don Ioan Puerto carrero (defunta y a la madre.)

¶ *Relació del pleyto que haze en las dichas vltimas executoriales el Decano (que quiere dezir Presidente) de la Rota hasta venir al decreto de las dichas primeras y segundas executoriales.*

binis, iudicibus, iustitiarijs, Sculteris, Aduocatis, & Curiarum quarumcunq; tam spiritualium quam temporalium, terrarumq; ciuitatum, oppidorum, Castrorum, suburbiorum, villarum, & vniuersitatum quarumcunq; Maioribus, Rectoribus, & Præfectis, nec nō seruientibus, clientibus, & officialibus, cæterisq; dominis & personis, quibuscunq; iurisdictionem spiritualem, temporalem, & ordinariam per se, vel alium, seu alios, mediate vel immediate, vbicunque pro tempore existentibus, ac constitutis, & cuilibet eorum insolidum. Et præsertim Illustri Domino Ioanni Puerto Carrero ex aduerso principali, omnibusq; alijs & singulis, quorum de præmissis interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurū, quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate. IOANNES BAPTISTA DE RVBEIS sacri Palatij Appostolici causarum DECANVS, & Auditor, Salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis firmiter obedire mandatis NOVERITIS, quod nuper introducta lite & causa in Sacro Rotæ Almæ vrbis Auditorio inter Illustrē Dominū Don Ariam Gundisaluū de Auila, & Dominā Ioannam Ortiz domicellam loci de Torrejon de Velasco Toletañ diocesis ex vna, & quendam Ioannem Baptistam Puerto carrero, Beatricem de Vaena alias de Salzedo, & successiue Ioanné Ariam eiusdem Beatricis, & dicti quondam Ioannis Baptistæ assertum filium de & super validitate matrimonij inter quondam Ioannem Baptistam & dictam Ioannam Ortiz contracti & copula carnali consumati, ac nullitate prætensi matrimonij inter eundem quondam Ioannem Baptistam, et dictam Beatricem de Vaena (vt dicebatur) contracti, ac illegitimitate dicti Ioannis Ariæ asserti filij Beatricis, et dicti Ioannis Baptistæ prædictorum, rebusq; alijs in actis causæ & causarū huiusmodi latissimè deductis, et illorum occasione partibus ex altera. Primo coram Reuerendo patre domino Episcopo Pisauren. et deinde Reuerendo patre domino Paulo Tholomeo. Secundo corā Reuerendo patre domino Raynaldo Petrucio. Tertio coram Reuerendo patre domino Fabio Accorambono. Quarto coram Reuerendo patre Domino Petro Vorsio: et quinto coram Reuerendo patre domino Peregrino Fabio eiusdem Palatij Apostolici causarum respectiue Auditoribus, et loca tenētibus, prout in subinsertis commissionibus cōstare dignoscitur. Quiquidem Paulus Tholomeus primo, Reynaldus Petrucius secundo, et Fabius Acorambonus tertio, Petrus Vorsius quarto, et Peregrinus Fabius quinto, suas inscriptis in huiusmodi causa protulere sententias diffinitiuas sub insertas,

tas, quæ rem fecere iudicatam. Quapropter idem Reuerendus pater dominus Peregrinus Fabius Episcopus vestañ, qui vltimam tulit sententiam à qua non licuit appellare, citatis domino Roderico de Mendoza, & Alphonso de Omagña, prædictorum Beatricis de Vaena, & Ioannis Ariæ Puerto carrero ex aduerso principaliũ procuratoribus seu curatoribus, expensas in huiusmodi causa factas, taxauit & moderatus fuit, ac pro illis & contentis in subinsertis sen tẽtijs literas exequutoriales in forma solita & consueta decreuit & concessit tenoris infrascripti. GLORIOSISSIMO & inuictissimo ac Catholico Principi & domino domino CAROLO diuina fauente, clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, Germaniæ, Hispaniarum, Castellæ, Legionis, Cordubæ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Maioricarum, Galitiæ, Neapolis, vtriusq; Siciliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Noruegiæ Regi, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Geldriæ, Comiti Flandriæ, Holandiæ, Zelandiæ, Zutphaniæ, Comiti Palatino, Arthesij, Phisiæ, & Sueuiæ domino, Imperio Regnorum Archiducatus, Ducatuum, Comitatuum, & aliorum dominiorum vestrorum fœlicis prosperitatis augmentũ, nec non Reuerendissimo ac Reuerendis in Christo patribus & dominis dominis Dei & Appostolicę sedis gratia Archiepiscopo Toletañ, ac Segobieñ, & Seguntiñ, Episcopis, eorumq; & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus, vicarijs seu officialibus generalibus, Curiæq; causarum Camerę Appostolicæ generali Auditori seu Locum tenenti, vniuersis quoque & singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cãtoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Succentoribus, Sacristis, tam cathedralium quàm collegiatarum Canonicis, Parrochialiumq; ecclesiarũ Rectoribus, seu Locatenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, curatis & non curatis, ac monasteriorum ordinũ, quorumcunq; fratribus Monachis Sancti Ioannis Hierosolimitani Beatæ Marię Theutonicorum, & Sancti Iacobi de Spata, Magistris, Commendatoribus, Præceptoribus, Bailiuis, eorumq; nec non Prædicatorum, Minorum Heremitarum Sancti Augustini, & Beatę Marię Carmelitarum, ac aliorum ordinum, quorumcumq; domorũ & conuentuum Fratribus Regularibus & cõuentualibus, exemptis & non exemptis, cęterisque Presbiteris, Clericis, Notarijs, & tabellionibus publicis, ac fructuum, redditũ & prouetuum Cameræ Appostolicę debitorum collectoribus & subcollectoribus pro tempore existentibus, quibuscunq; per dictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, prouin

Executoriales segundas suso dichas. en que estan inclusas las dichas primeras, y todas las suplicationes, o comissiones sustantiales, y todas las sentencias de la Rota dadas eneste pleyto

 cias

cias,ciuitates, & dioceses,ac alias vbilibet constitutis,et eorum cuilibet insolidum, nec non illustribus Principibus, & magnificis viris Dominis,Ducibus,Marchionibus,Lantgrauijs, Comitibus,Varonibus,Vicecomitibus,Militibus,Militaribus,Nobilibus,Armigeris,Domicellis,Burgranijs,Seneschallis,exercituum,&armorū conductoribus,capitaneis,potestatibus,prioribus, mareschallis, castellanis,præconsulibus,consulibus,Sabinis,iudicibus,iustitiarijs,scultetis,aduocatis, et curiarum quarumcūq; tam spiritualium quam temporalium,terrarumq; ciuitatum,oppidorum,castrorum,suburbiorum,villarum, et vniuersitatum quarumcunq; maioribus, rectoribus,& præfectis, nec non seruientibus, clientibus, et officialibus,cæterisq; dominis et personis,quibuscunq; iurisdictionem spiritualem,temporalem,et ordinariam per se,vel alium,seu alios, mediate vel immediate,vbicunq; pro tempore existentibus, ac constitutis,& cuilibet eorum insolidum,& præsertim quibusdam Ioanne Ariæ Puerto carrero minori, & pro eo agentibus, nec non Beatrici de Vaena, aliàs de Salzedo ipsius Ioannis matri ex aduerso principalibus in subinsertis commissionibus nominatis,omnibusq; alijs & singulis,quorum interest,intererit,seu interesse poterit,quomodolibet in futurū,quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunq; pręfulgeant dignitate PEREGRINVS FABIVS Dei & Appostolicę sedis gratia Episcopus vestañ,vnus ex Sacri Palatij Appostolici causarum auditoribus locum tenens,& exequutor vnicus ad infrascripta a sede Apostolica specialiter deputatus, Salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS quod dudum fœlicis recordationis Paulus Papa Tertius quandam commissionis, siue supplicationis papiri cedulam bonæ memoriæ Iacobo Simonette Episcopo Pisaureñ,vni dum vixit ex Sacri Palatij Appostolici causarum auditoribus locum tenenti per certum suum cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore videlicet. BEATISSIME PATER dudum orta lite & causa in partibus coram loci ordinario,seu iudice forsan à sede Appostolica delegato inter deuotos Sanctitatis vestræ Oratores Ariam Gundisaluū de Auila ciuitatis Segobieñ, & Ioannā Ortiz Domicellam loci de Torrejon de Velasco Toletañ diocesis ex vna, & quondam Ioannē Baptistam Puerto carrero, & Beatricem de Vaena aliàs de Salzedo,& successiue Ioannē Ariam eiusdem Beatricis & dicti quondam Ioannis Baptistę assertum filium de et super validitate matrimonij inter dictum quondam Ioannem Baptistam & dictam Ioannā Ortiz oratricem contracti, & copula carnali

La primera commission que vuo en Rota.

carnali consumati, ac nullitate prætensi matrimonij inter eundem quondam Ioannem Baptistam, & dictam Beatricem de Vaena, vt dicebatur contracti, ac illegitimitate dicti Ioannis Ariæ asserti filij Beatricis, & Ioannis Baptistę defuncti prędictorum, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione partibus ex altera, quia iudex coram quo causa pendebat prętextu ædicti Carboniani procedere nō curauat, & ex alijs causis fuit habitus recursus pro parte Oratorum ad sedem Appostolicam, & causa & causæ, tam appellationum hinc inde interpositarum, quam negocij principalis Reuerendo Patri domino Episcopo Vticeñ in ciuitate Toletañ commoranti, & nonnullis alijs eius collegis per rescriptum in forma breuis commissa, & postquam dictus Petrus Episcopus in causa & causis sibi commissis procedere incepit pro parte eiusdem Beatricis, & Ioannis Arię eius asserti filij, plures exceptiones ad impediēdum, quod dictus iudex in causa & causis huiusmodi procederet calumniosæ fuerunt oppositæ, & ab eodē iudice ad sedem Appostolicam appellatum extitit, adeo quod oratores dubitant posse coram dictis iudicibus causam instruere, pręsertim, quia propter multiplices appellationes, & rescriptorum impetrationē, raro causę similes in partibus legitime instrui, & decidi possunt. Ea propter Oratores, qui cupiunt finem causæ videre, eorum ius deducere, & legitime instruere, recurrunt ad pedes Sanctitatis vestrę humiliter supplicando, quatenus, vt quęrele & quęrenti satisfaciat, dignetur Sanctitas vestra causam & causas appellationum pro parte Beatricis ac Ioannis Ariæ eius asserti filij ad Sanctitatem vestram, ad sedem Appostolicam interpositam, & interpositas, totiusq; negotij principalis, nec non quam, & quas dicti Oratores in rescripto vltimo loco dicto Episcopo Vticen directo cōmitti obtinuerunt, & etiam pro potiori cautela habent & mouent, habereq; & mouere volunt, & intendūt contra & aduersus Beatricem de Vaena, & Ioannem Ariam eius assertum filium minorem seu pupillum, omnesq; alios & singulos sua cōmuniter, vel diuisim interesse putantes de et super validitate dicti matrimonij inter Ioannam et quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero contracti et copula carnali consumati, et nullitate et inualiditate prętensi matrimonij inter dictam Beatricem et dictum quondam Ioannem Baptistam, vt prętenditur contracti, ac illegitimitate dicti Ioannis Ariæ asserti filij eiusdem Beatricis, et dicti quondam Ioannis Baptistæ, rebusq; alijs in actis causæ et causarum huiusmodi latius deductis, ac dedudcendis, et in articulis primo, seu vlteriori loco dandis,

 speci-

ſpecificandis, & illorum occaſione alicui ex Reuerendis patribus dominis veſtri Sacri Palatij Appoſtolici cauſarum auditoribus, ſeu loca tenentibus, attento ꝙ in partibus iuſtitiam conſequi non ſperant, & aduerſarij ſunt potentes ad litigandum in Romana Curia, cõmittere etiam ſummariæ &c. prout in beneficialibus audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineq; debito terminandas, cum omnibus & ſingulis ſuis, incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, cum poteſtate Beatricem de Vaena alias de Salzedo, & Ioannem Ariam eius aſſertum filium minorem, omnesq; alios & ſingulos ſupradictos, atq; in decreto, vel exequutione pręſentium citationis vigore ad partes decernende, nominandos in curia & extra ad ligitimi comparendum, citandi etiam per æditum, conſtito ſummariæ & extra iudicialiter de non tuto acceſſu, ſibiq; & quibusvis iudicibus eccleſiaſticis & ſecularibus, quacunq; etiam Regia poteſtate fungentibus etiam ſub cenſuris & penis eccleſiaſticis, & etiam pecuniarijs arbitrio ſuo imponendis, & in euentum non paritionis declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, & auxilium brachij ſecularis quatenus opus ſit inuocandi, & dicto Ioanni Ariæ, nec non quatenus ad legitime comparendum citatus non comparuerit curatorem ad huiuſmodi cauſam etiam abſenti & non petenti, deputandi, & oratores aduerſus quamcumq; rem iudicatam, prout iuſtum fuerit reſtituendi, cæteraq; alia faciendi et exercendi, quæ in præmiſsis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu etiam quomodolibet opportuna, præmiſsis ac conſtitutionibus, & ordinationibus Appoſtolicis, ſtilo palatij iuribus, quodq; cauſa, ſeu cauſæ huiuſmodi non ſint forſan ad Romanam curiam legitimæ deuolutæ, nec in ea de ſui natura, aut iuris neceſsitate tractandæ, & finiende, cæteriſq; incontrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunq; ſtatum & merita cauſæ & cauſarum huiuſmodi, ac aliorum omnium, et ſingulorum hic forſan de neceſsitate exprimendorum tenores, et continentias pro plene et ſufficienter expreſsis habentes. In fine vero dictæ commiſsionis duplex erat ſignatura, quarum prima talis erat, videlicet. De mandato Domini noſtri Papæ audiat Epiſcopus Piſaurenſis, citet, inhibeat, & etiam ſub cenſuris et penis procedat ſummariæ etc. Reſtituat curatorem deputet vt petitur, et iuſtitiam faciat. Altera vero talis erat. Placet domino noſtro Papæ Tho. Feltrẽ. CVIVS QVIDEM commiſsionis vigore per dictum bonæ memorię Iacobum Epiſcopum locum tenentem, aliquali inchoato proceſſu, et eo medio tempore ad Cardinalatus honorem aſſumpto, et in eius locum etiam tunc bonæ memoriæ Ioannæ Paulo Tholomeo dicti Palatij Appoſtolici cauſarũ

Breue relacion haſta la primera ſentencia.

Auditore, at Auditoratum suffecto. Idem Ioannes Paulus Ptholomeus Auditor, in causa & causis huiusmodi vlterius in statu & terminis quibus repcriebantur, ritè & legitimæ procedendo, seruatis, seruandis, & cognitis per eum illius meritis, suam inscriptis tulit & promulgauit sententiam in hunc qui sequitur modum, videlicet: CHRISTI NOMINE INVOCATO, pro tribunali sedentes, et solum Deum prę oculis habentes: per hanc nostrã diffinitiuam sententiam, quã de dominorũ coauditorũ nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis: pronunciamus, decernimus, et declaramus in causa & causis quæ alias coram venerabili viro Licenciato Michaele de Areuallo Vicario generali Segobieñ: & successiue Reuerendo Patre domino Petro de Campo, Episcopo Vticeñ, & deinde per viam etiam aduocationis coram nobis inter honestã dominã Ioannã Ortiz, domicellã oppidi de Torrejon Toletañ diocesis, & illustrem dominũ Ariam Gundisaluũ de Auila ciuem Segobieñ actores & litis consortes ex vna, & quandam Beatricem de Vaena alias de Salzedo, domicellam oppidi de Occaña dictæ Toletanę diocesis ream conuentã, de et super validitate matrimonij inter dictam dominã Ioannã Ortiz, & quondam Ioannẽ Baptistã Puerto carrero, filiũ illustris dñi Comitis de Pugnõ Rostro cõtracti & cõsumati, nec non nullitate & inualiditate pętensi matrimonij inter dictam Beatricem de Vaena, & dictum quondam Ioannẽ Baptistã Puerto carrero post modũ (vt dicitur) cõtracti, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorũ occasione in prima versæ fuerunt, & vertuntur instantia partibus ex altera, matrimonium inter dictã dominã Ioannã Ortiz & dictum Ioannẽ Baptistã Puerto carrero contractũ, & inde sequuta quæcunq; fuisse, & esse canonicũ & canonica, & prætensum matrimonium inter dictã Beatricẽ de Vaena, & prædictũ quondã Ioannẽ Baptistã Puerto carrero post modũ cõtractũ, & inde sequuta quæcũq;, fuisse et esse nulla & inualida, molestationesq; vexationes, perturbationes, iactationes, inquietationes, & impedimenta per dictam Beatricem de Vaena super inualiditate primi matrimonij et validitate secundi, & illorum occasione prædictis dominis Ioannæ Ortiz & Ariæ Gundisalui de Auila, quomodolibet factas, pręstitas, factaq; & præstita fuisse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, & iniustas: temerariaq; illicita, iniqua, indebita, & iniusta, atq; de facto præsumptas, & pręsũpta, illasq; & illa dictæ Beatrici de Vaena fecisse & facere minime licuisse, nec de iure licere. Et propterea eidẽ Beatrici de et super illis, ac pretẽsa nullitate primi matrimonij inter pręfatos dominã Ioãnã

Primera sentẽcia en q̃ se da por valido el matrimonio contrahydo entre don Ioan Baptista y Ioanna Ortiz, y por ninguno el matrimonio despues contrahido por el mismo don Ioan Baptista, y la dicha Beatriz de Vaena madre del dicho don Ioan con costas.

Ortiz, & Ioannem Baptistam Puerto carrero, vt premittitur contracti & asserta validitate secundi matrimonij inter dictam Beatricem & eundem Ioannem Baptistam Puerto carrero, vt dicitur contracti: perpetuum silentium imponendum fore & imponimus, dictamq3 Beatricem in expensis in huiusmodi causa pro parte dictorum Ioannæ Ortiz & Ariæ Gundisalui de Auila coram nobis legitime factis condemnandam fore, & condemnamus. Quarum taxationem nobis inposterum reseruamus. Quæ quidem diffinitiua sententia manu dicti bonæ memoriæ Ioannis Pauli Ptolomei Auditoris sic erat subscripta: Ita pronũtiaui. Ego Ioannes Paulus Ptolomeus Rotæ Auditor. A QVA QVIDEM diffinitiua sententia pro parte dictorum domine Beatricis & Ioannis Ariæ principalium appellato, Appostolisq3 petitis, & reuerentialibus obtentis: idem fœlicis recordationis Paulus Papa tertius causam appellationis huiusmodi committens quandam commisionis, siue supplicationis papiri cedulam, bonæ memoriæ Raynaldo Petrucio dicti Palatij Appostolici causarum auditori per certum suum cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore, videlicet. BEATISSIME PATER, fuit processum in prima instantia coram Reuerendo patre domino Ioanne Paulo Ptholomeo palatij Appostolici causarum Auditore inter deuotam Sanctitatis vestræ oratricem Beatricem de Salzedo ream conuentam, vna etiam cum Ioannæ Aria Baptista filio pupillo oratricis, & quendam Ariam Gundisaluũ, nec non Ioannam Ortiz litis consortes aduersarios de & super asserta validitate matrimonij, vt dicitur contracti inter dictam Ioannam ex vna, et quẽdam Ioannem Baptistam Ariam Puerto carrero, & super asserta nullitate matrimonij contracti inter oratricem & dictum Ioannem Baptistam, & super asserta illegitimitate dicti Ioannis Ariæ, rẽbusq3 alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius specificatis, & illorum occasione partibus ex altera: prædictus dominus Auditor nuper remissoriam ad partes pro oratrice, & dicto eius filio, sine retardatione expeditionis, vt dicitur decreuit, & simul etiam prætensam diffinitiuã sententiam in fauorẽ dictorũ Ariæ Gundisalui, & Ioãnæ Ortiz aduersariorũ, vt dicitur promulgauit, a qua prætensa diffinitiua sententia, seu vim diffinitiuæ habẽte, fuit infra tempus debitũ, & alias legitime pro parte oratricis, & dicti eius filij ad Sanctitatẽ vestram, & sedem Appostolicam appellatũ, & de nullitate dictũ. Dignetur itaq3 Sanctitas vestra causam & causas appellationis, & appellationũ prædictarum vna cum toto negotio principali, vt præfertur alicui alteri dicti Palatij Appostolici causarum Audi-

Comission de appellacion de Beatriz de Vaena.

Auditori committere & mandare audiendas, cognoscendas, decidendas, fineq; debito terminandas, vna cum earum incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis & connexis, coniunctim vel diuisim, etiam summariæ &c. cum potestate citandi & inhibendi in Romana curia & extra, & alia faciendi in præmissis necessaria & opportuna, præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Appostolicis, stilo curiæ, cæterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; pręmissorum omnium & aliorum hic forsan latius exprimendorum tenores pro sufficienter expressis habētes. In fine vero dictæ commissionis duplex erat signatura: quarū prima talis erat, videlicet. De mandato domini nostri Papę audiat Magister Raynaldus, citet vt petitur, & iustitiam faciat. Altera vero talis erat. Placet domino nostro Papæ Tho. Feltreñ. CVIVS QVIDEM commissionis vigore prædictus bonæ memorię Raynaldus Auditor similiter in causa & causis huiusmodi rite procedens, suam diffinitiuam præ inserte confirmatoriam inscriptis tulit & promulgauit sententia in hunc qui sequitur modum, CHRISTI NOMINE INVOCATO, pro tribunali sedentes, et solum Deum prę oculis habentes: per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis: pronunciamus, decernimus, et declaramus in causa & causis quæ alias coram venerabili viro Licenciato Michaele de Areuallo Vicario generali Segobiensis: & successiue Reuerendo Patre domino Petro del Campo, Episcopo Vticensi, & deinde per viam etiam aduocationis coram Reuerendo patre domino Ioanne Paulo Ptholomeo coauditore nostro in prima, & nunc coram nobis inter honestam dominam Ioannam Ortiz, domicellam oppidi de Torrejon Toletanæ diocesis, & illustrem dominum Ariam Gundisaluum de Auila ciuem Segobiensem actores & litis consortes ex vna, & quandam Beatricem de Salzedo aliàs de Vaena, domicellam oppidi de Occaña dictæ Toletanæ diocesis ream conuentam de et super validitate matrimonij inter dictam dominam Ioannam Ortiz, & quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero, filium illustris Comitis de Pugnō Rostro cōtracti & consumati, nec non nullitate ac inualiditate prętensi matrimonij inter dictam Beatricem de Vaena, & dictum quondam Ioannē Baptistam Puerto carrero post modū contracti, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorū occasione in secunda versæ fuerunt, & vertuntur instantia partibus ex altera, per præfatum Reuerendū patrem dominum Ioannem Paulum Ptolomeum

Segunda sententia contra Beatriz de Vaena, enque se confirma la primera, reseruando el articulo de la buena o malafe.

coau-

coauditorem nostrum, qui reseruato articulo bonæ vel male fidei, pronuntiauit bené fuisse & esse processum & sententiatum & diffinitum, & pro parte dictę Beatricis de Vaena ab eius processu, & sententia male fuisse & esse prouocatum & appellatũ, eiusdemq; Reuerendi patris domini Ioannis Pauli coauditoris nostri processum, & sententiam reseruato nobis dictę bonæ vel malæ fidei articulo confirmandos fore, & confirmamus, dictamq; Beatricem de Vaena in expensis in huiusmodi causa proparte dictorum dominorum Ioannæ Ortiz & Ariæ Gundisalui coram nobis legitime factis con demnandam fore & condemnamus: quarũ taxationem nobis imposterum reseruamus. Quæ quidem diffinitiua sententia manu dicti bonæ memoriæ Raynaldi Petrucij auditoris sic erat subscripta. Ita pronuntiaui ego Raynaldus Petrucius Rotæ Auditor. QVÆ QVIDEM diffinitiua sententia nulla prouocatione suspensa, in rem transiuit iudicatã literis etiam exequutorialibus de super per eundem bonæ memoriæ Raynaldum auditorẽ in vim specialis sibi desuper præsentate commissionis in forma solita & consueta, decretis adq; concessis. Idem fœlicis recordationis Paulus Papa tertius quandam aliam commissionem, siue supplicationis dependentis papiri cedulam etiam bonæ memoriæ Raynaldo auditori per certum ex suis cursoribus presentari fecit, huiusmodi sub tenore, videlicet: BEATISSIME PATER, versa est lis coram diuersis iudicibus in partibus Toletanæ diocesis inter deuotam sanctitatis vestræ oratricem Beatricem de Vaena, alias de Salcedo, ac Ioannem Ariam Baptistam Puerto carrero eiusdem oratricis filium. Pro quo oratrix tanquam tutrix dotiua comparuit, seu comparere fecit ex vna, et quandam Ioannam Ortiz, ac etiam quendam Ariam Gundisalui de Auila assertos litis consortes aduersarios, super asserto matrimonio inter dictam Ioannam, & quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero, ac super asserta nullitate matrimonij inter oratricem & prædictum Ioannem Baptistam contracti, nec non super asserta illegitimitate dicti Ioannis Ariæ oratricis filij suscepti a dicto Ioanne Baptista, rebusq; alijs, &c. & illorum occasione partibus ex altera. Et cum dicta causa ad instantiam aduersariorũ fuerit commissa in vestro auditorio Rotæ, illarumq; nuper fuerit ventilata coram Reuerendo patre domino Ioanne Paulo palatij Appostolici causarum auditore idem dominus Ioannes Paulus prædicta oratrice et dicto eius filio, remissoriam ad partes decreuit, sine tamen retardatione expeditionis causæ; et succesiue suam promulgauit sententiam, per quam licet non debuerit præiudicare directe, vel

No se auiendo appellado desta segunda sententia se dicernieron las dichas primeras executoriales contra Beatriz de Vaena.

Cometese la causa en Rota de nueuo por parte de don Ioan y Beatriz de Vaena su madre, y especialmẽte sobre la buena o mala fe de la dicha Beatriz de Vaena.

vel indirecte legitimitati dicti Infantis: tamen in effectu per eam nō modice præiudicauit, et propterea merito fuit appellatum a dicta sententia, etiam pro parte dicti infantis per eius curatorem et appellationis causa huiusmodi commissa Reuerendo patri domino Rainaldo Petrucio dicti Palatij causarum auditori. Verum (Pater Sancte) quia prædictus Ioannes Paulus dicitur reseruasse sibi iudicium super bona fide Oratricis. Propterea cum non conueniat coram diuersis iudicibus litigare, et quia restat etiam expeditio certæ partis dictę remissoriæ, quæ non est confecta coram dicto domino Ioanne Paulo, videlicet super receptione certorum testium existentium in certis locis vicinis vrbis Romæ, super qua non est concordatum per partes, quomodo mandanda sit executioni. Ne itaq; (Pater Sancte) contingat in eadem causa partes coram diuersis iudicibus litigare, Supplicat dicta oratrix, et simul etiam curator dicti infantis, quatenus dicto Domino Rainaldo auditori committere et mandare dignemini, vt causam et causas prędictas etiam super remanente dicto articulo remissoriæ, et toto negocio principali prędicto etiam attenta dicta bona vel mala fide, ac omnibus et singulis illarū emergentibus, dependentibus, annexis et connexis, coniunctim vel diuisim arbitrio suo etiam iuxta formam et facultatem aliarum sibi factarum cōmissionum audiat, cognoscat, terminet, et decidat sumariæ &c. cum potestate citandi et inhibendi in Romana curia et extra pręmissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, stylo curiæ, cæterisq; in contrariū facientibus, nō obstantibus quibuscunq; præmissorum omnium et singulorum et aliorum hic forsam latius exprimendorum, tenores pro sufficienter expressis habentes. In fine vero dictę commissionis, duplex erat signatura, quarum prima talis erat, videlicet, de mandato Domini nostri Papę audiat idem auditor procedat etiam summariæ, vt petitur et iusticiam faciat. Altera vero talis erat. Placet Domino nostro Papæ, Laurentius Cardinalis Campegius. POST CVIUS QVIDEM commissionis siue supplicationis dependentis papyri Cedulæ præsentationem et receptionem, tam per prędictum bonæ memoriæ Rainaldum auditorem, quam alios Palatij Appostolici causarum auditores, seu loca tenētes, propter dicti bonę me. Rainaldi auditoris in causa huiusmodi surrogationem, ad quam plures actus iudiciales, citra causæ conclusionem processo, et successiue Reuerendo Patre domino Fauio Acorambono coauditore nostro, in locum prę fati bone memorię Rainaldi auditoris ad auditoratum suffecto, causaq; et causis eisdem in statu et terminis, quibus reperiebantur per

¶Breue relacion hasta la primera sentencia.

eundem

437

eundem .d. Fabium Acorambonum rite reasumptis. Tandem idē dominus Fauius in causa et causis eisdem, nec non inter partes in pre & sub insertis commissionibus & sententijs contentas ritæ procedendo seruatis seruandis, & cognitis eiusdem causę meritis suam diffinitiuam in scriptis tulit, & promulgauit sententiam, huiusmodi sub tenore. CHRISTI NOMINE inuocato, pro tribunali sedeñ, & solum Deum pre oculis habeñ, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum coauditorum nostrorum consilio pariter & assensu ferimus in his scriptis pronũtiamus, diffinimus & declaramus in causa & causis quæ coram nobis inter Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum de Auila actorem ex vna, & Ioannem Ariam minorem eiusq; curatorem & pro eo agentes, nec non Beatricem de Vaena seu de Salcedo ipsius Ioannis matrem pro suo interesse de et super nullitate prætensi matrimonij inter præfatam Beatricem, & quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero, filium quondam Illustris Ioannis Ariæ de Auila Comitis de Pugno Rostro, dictiq; Ioannis Ariæ patrem (vt prętenditur) contracti, nec non legitimitate eiusdem Ioannis Arię, rebusq; alijs in actis causę et causarum huiusmodi latius deductis, et illorum occasione in prima veisę fuerunt, et vertuntur instantia partibus ex altera prętensum matrimoniũ, inter dictũ quondã Ioannē Baptistã Puerto carrero, & dictam Beatricem de Vaena fuisse per eosdem nulliter, & cum mala fide contractũ, illudq; & inde sequuta quęcunque fuisse & esse nulla & inualida, nulliusque roboris vel momenti, prętatumq; Ioannem Ariam ex dicto prętenso matrimonio natum illegitimum, & propterea etiam ad quascumq; & quorumq; bonorum successiones natalium legitimitatem requirentes incapacem, insuccessibilem, & inhabilem, molestationes, vexationes, perturbationes, inquietationes, & impedimēta quæcumq; per dictum Ioannem Ariam, & pro eo agentes præfatos, dicto illustri domino Ariæ Gundisalui de Auila quomodolibet factas, pręstitas & illatas, factaq; pręstita & illata fuisse & esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas & iniustas, temerariaq; illicita, iniqua, indebita & iniusta, atque de facto pręsumptas & pręsumpta, illasq; & illa dicto Ioanni Arię ac pro eo agentibus prędictis minime facere licuisse, neq; de iure licere. Et ideo de & super illis, dictisq; prętensis matrimonio & legitimitate, tam eidem Ioanni Arię, quám dictę Beatrici eius matri, perpetuum silentium imponendum fore & imponimus, eundemq; Ioannem Ariam, ac pro eo agentes prędictos in expēsis in huiusmodi causa pro parte .d. Illustris Dñi Ariæ Gun-

Primera sentencia contra don Ioã Puerto carrero, y Beatriz de Vaena su madre, que prosiguio segunda vez el pleyto por su interesse, por la qual se declara el matrimonio contrahido entre don Ioã Baptista Puerto carrero, y Beatriz de Vaena, padre y madre del dicho don Ioan Puerto carrero, auer sido ninguno y de ningun valor y effecto, y auer sido contrahido por ambos ellos cõ mala fe, y el dicho don Ioan Puerto carrero nacido deste matrimonio, assi mal y con mala fe contrahido, ser bastardo. y por ello inhabil para poder succeder en qualesquiera bienes que requieran que el successor enellos sea legitimo. Con imposicion de perpetuo silencio y condenacion de costas.

Gundisalui de Auila coram nobis legitime factis, condemnãdos fore & condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum reseruamus. Quę quidem sententia diffinitiua manu dicti domini Fabij Acoramboni auditoris sic erat subscripta. Ita pronuntiaui, Ego Fabius Acorambonus Rotæ auditor. A QVA QVIDEM diffinitiua sententia, pro parte præfatorum dominorum Beatricis & Ioannis Ariæ eius filij, ad prælibatum fæl. reco. Paulum Papam tertiũ, eiusq; sanctam sedem appostolicam appellato. Idem fæ. recor. Paulus Papa Tertius, causam appellationis huiusmodi committẽs quãdam aliam commisionis, siue supplicationis papiri cedulam, bonæ memoriæ Petro Vorsio Episcopo Aqueñ, vni ex dicti palatij Appostolici causarũ auditoribus locum tenenti, per certum alium suum cursorem pręsentari fecit huiusmodi sub tenore, videlicet. BEATISSIME PATER, cum tam ex iuris dispositione quam ex inueterato stylo dominorum auditorum Rotæ semper obseruatum fuerit, & sit, ꝙ antequam ad alicuius causæ decisionem & determinationem deueniatur, de omnibus iuribus productis, atq; actibus & actitatis per vtramq; partem in totũ debeat confici registrũ, quo perfecto, & in Rota producto atq; omnibus iuribus partium hincinde mature discussis, terminisq; & dilationibus elapsis, dubijs & difficultatibus examinatis, omnibusq; maturæ consideratis, iusticia vnicuiq; illam habenti ministratur. Et hunc ordinem Reuerendus pater D. Fabius Accorambonus vestri Sacri palatij Appostolici causarum auditor, in huiusmodi causa Toletana legitimitatis, & bonę vel malæ fidei inter quosdam Ariam Gundisaluum, & Ioannam Ortiz aduersarios actores ex vna, & deuotos Sanctitatis vestræ oratores Beatricem de Salzedo, atq; illustrem Dominũ Ioannem Ariam Puerto carrero Comitem de Pugnõ Rostro eius filium pupillum, reos & conuentos ex altera partibus, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione, in prima pendente instantia seruasset. Sed idem Fabius auditor (registro causæ huiusmodi adhuc non perfecto, & quod confectum erat apud procuratorem dictorum oratorum existens, atq; diuersis iuribus pro dictorum oratorum parte productis, & interpretari mandatis, adhuc non interpræatis, neque discusis, ac depẽdeñ, etiam examine quorundam testium pro oratorum parte productorum, & terminum ad dandum interrogatoria, & ad dicendum contra alia iura producta & difficultatibus etiam deuolutionis causæ & personarum in iuditio legitimitatem conferneñ, non emanatis, nec super eo partibus auditis) repente & indeli-

Comission de la appellaciõ que se hizo por parte de don Iuan Puerto carrero y su madre.

indeliberate sententiam in fauorem dictorum aduersariorum, & contra dictos oratores (vt dicitur) prout in cedula quam ad huc (vt creditur) non subscripsit, promulgauit, a qua prætensa sentẽtia, pro dictorum oratorum parte, ad Sanctitatem vestram, sanctamq; sedem Appostolicam appellatum, & de nullitate dictum extitit, cui appellationi idem auditor reuerentiales in forma dedit. Cùm enim (clementissime Pater) pręd ictus Fabius auditor, non solum ex eius iuditio, sed totius Rotæ auditorum, tam in minimis quam in maximis processerit (prout sæpius hoc asseruit & dixit) & propterea nõ immerito dicti oratores perhorrescant (prout iurare parati sunt, & eorum procurator iurat) tam coram eodem Fabio quam coram alijs auditoribus litigare, & nisi Sanctitas vestra de opportuno remedio more pij patris subueniat, sperandum est ꝙ dicti oratores suã bonam iustitiam ibi admittent, & vt omnis suspitio tollatur, cum durum sit coram suspectis iudicibus, & maxime in huiusmodi causa quæ tractatur ad finem & effectum succedendi in Comitatu de Puñon Rostro, cuius fructus annui ascendum ad summam decem millium ducatorum, & agitur etiam de statu & honore nobilium & illustrium personarum. Ideo dignetur Sanctitas vestra causam & causas appellationis, & appellationũ huiusmodi, nullitatis & nullitatum, iniquitatis & iniustitiæ dictæ prætẽsæ sententiæ, totiusq; prætensi processus de super quomodolibet habiti & facti, attentatorumq; & innouatorum omnium quorumcunq; vna cum toto negotio principali, alicui vel aliquibus Sanctæ Romanæ eccclesiæ cardinalibus committere, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineq; debito terminandas, cum omnibus & singulis illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, cum potestate citandi & inhibendi, cæteraq; in præmissis necessaria & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, pręmissis ac constitutionibus & ordinationibus Appostolicis stylo palatij, cęterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; causæ & causarum huiusmodi statum atq; omnium aliorum & singulorũ hic forsan exprimi necessariorum tenores continentias, & formas pro plene & sufficientes expressis habentes. In fine vero dictæ commissionis talis erat prima signatura, videlicet. De mandato domini nostri Papæ audiat Episcopus Aqueñ, citet vt petitur & iustitiam faciat. Altera vero talis erat, videlicet: Placet domino nostro Papæ ꝙ committatur in Rota. B. Cardinalis Guidicionus. CVIVS ETIAM commissionis vigore, pręfatus bonę memorię Petrus Episcopus, locum tenens in causa & causis huiusmodi, ac inter partes prędictas

Relacion breue.

prædictas, similiter rite procedendo seruatis seruandis, et cognitis earundem causarum meritis, suam vltimo preinserte confirmatoriã inscriptis tulit et promulgauit diffinitiuam sentẽtiam, in hunc qui sequitur modum videlicet. CHRISTI NOMINE inuocato, pro tribunale sedentes et solũ Deũ præ oculis habẽtes per hãc nostram diffinitiuam sententiam, quam de dominorum coauditorum nostrorum cõsilio pariter et assensu ferimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus, diffinimus, et declaramus, in causa et causis qnæ alias coram Reuerendo patre Domino Fabio Accorambono Rotæ auditore in prima, nunc vero coram nobis inter Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum de Auila, actorem ex vna, et Ioannem Ariam minorem, eiusq; curatorem, et pro eo agentes, necnon Beatricem de Vaena seu de Salcedo, ipsius Ioannis matrem, pro suo interesse, de et super nullitate pretensi matrimonij inter præfatam Beatricem, et quondam Ioannem Baptistam Puertocarrero filium quõdam illustris Ioannis Ariæ de Auila Comitis de Pugnõrostro, dictiq; Ioannis Ariæ patrem (vt prætenditur) contracti, necnon illegitimitate eiusdem Ioãnis Ariæ, Rebusq; alijs in actis cause et causarum huiusmodi latius deductis, et illorum occasione in secunda verse fuerunt et vertuntur instantia, partibus ex altera per prędictum Reuerendum patrem Dominum Fabium bene fuisse & esse processum sententiatũ et diffinitum, et ab eius processu et sententia pro parte supradictorum Ioannis Ariæ et Beatricis de Vaena, male fuisse et esse prouocatum et appellatũ, dictiq; Domini Fabij processum et sententiam confirmãdam fore, et confirmamus. Eundẽq; Ioannem Ariam et pro eo agentes prædictos in expẽsis in huiusmodi causa pro parte, d. illustris Domini Ariæ Gundisalui de Auila, coram nobis legitime factis condemnandos fore et condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum reseruamus. Quæquidem diffinitiua sententia sic erat subscripta. Ita pronunciaui ego Petrus Vorsius Episcopus Aqueñ. locum tenens Rotæ. A QVA DIFFINITIVA sententia similiter pro parte præfatorum Beatricis et Ioannis Ariæ appellato prædictus fæl. re. Paulus Papa tertius causam appellationis huiusmodi committens, quandam aliam commissionem, siue supplicationis papiri cedulam, nobis Peregrino Fabio tunc dicti palacij causarum auditori per certum suum cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore. BEATISSIME PATER, licet Reuerendus dominus Petrus Vorsius Episcopus Aqueñ. tamquam vnus ex Rotæ auditoribus, locum tenens in causa et causis coram eo inter deuotos sanctitatis vestræ oratores Ioannem

Segunda sentencia cõtra dõ Iuan Puertocarrero y su madre, q̃ confirma la primera dada cõtra ellos con costas.

Cõmission dela appellacion q̃ se hizo por parte de dõ Iuan Puertocarrero y su madre.

nem Ariam de Auila Puerto carrero pupillum & Beatricem eius matrem ex vna, necnon Ariam Gundisaluum etiam de Auila aduersarium ex alia, de & super legitimitate dicti pupilli & oratoris, ac de & super bona vel mala fide Beatricis prædictæ, tempore matrimonij inter ipsam ex vna, & quondam Ioannem Baptistam Ariam Puerto Carrero ex alia contracti, rebusque alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis &c. In secunda instantia pendentibus, sententiam alias per Reuerendum patrem Dominum Fabium Accorambonum contra oratores vestros & in fauorem dicti Ariæ Gundisalui in prima instantia latam, tam quam nullitatis, iniquitatis, & iniustitiæ vitio subiacentem, reuocare & infirmare debuisset, licet quod idem Reuerendus Dominus Episcopus Aqueñ. in omnem euentum dictum pupillum & oratorem vestrum, aduersus probationes & defensiones hactenus commissas in integrum restituere, proptereaq; sibi remissoriam ad partes, etiam in vim specialis commissionis sibi præsentatæ decernere debuisset. Nihilominus idem Reuerendus Pater Dominus Vorsius ad importunam instantiam dicti Ariæ Gundisalui aduersarij, nullitates nullitatibus addendo, nedum dictam sententiam in prima instantia latam infirmare cessauit. Quinimo restitutionem ac remissoriam prædictam concedere, ac decernere, denegauit, & (quod peius est) dictam sententiam (vtcunq; nullam) confirmando, in aduersarij fauorem & contra oratores vestros (vt dicitur) pronuntiauit, licet nulliter & de facto ac perperam & inique. Et ideo pro oratorum parte a dicta sententia dictisq; grauaminibus & toto eius processu ad Sanctitatem vestrã appellatum & de nullitate dictum extitit. Et quia (Pater Sancte) causæ huiusmodi iam in tertia instantia reducuntur de facili taliter ex abrupto in fauorem aduersarij procedendo; aliquod grauamen irreparauile oratoribus vestris prouenire posset. Iccirco ad ipsorum indemnitate & iustitiæ consulendum supplicant, Sanctitati vestrę oratoris pręfati, quatenus alicui alteri ex Rotæ auditoribus committere & mandare dignemini vt causam & causas appellationum & nullitatum huiusmodi, cum suis incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis & connexis summarię, &c. audiat, cognoscat, partibusq; iustitiam ministrando terminet & decidat, cum potestate dictum aduersarium & alios sua interesse putantis citandi, ac quibus & quoties opus fuerit, sub pœnis & censuris ecclesiasticis inhibẽdi, dictosque oratores seu pupillũ, aduersus ipsius defensiones,

et

& probationes (vt prefertur) omissas, principaliter vel incidenter (pro vt iuris fuerit) in integrum restituendi, sibiq3 propterea oportunam remissoriam ad partes, ad probationes sibi necessarias faciendas sub suo solito & paruo sigillo, arbitrio suo dæcerneñ. aliaq3 faciendi in premisis necessaria et opportuna premisis, ac cõstitutionibus & ordinationibus Appostolicis, regula cancellariæ, qua caueri dicitur huiusmodi remissorias non posse expediri aliasq3 sub plumbo stilo palacij cæterisq3 contrarijs, non obstantibus quibuscumq3, statum & merita causæ & causarum huiusmodi aliorumq3 hic magis exprimendorum tenores & compendia, pro plene & sufficienter exprêsis habentes. In fine vero dictæ commisionis duplex erat signatura quarum prima talis erat, videlicet. De mandato Domini nostri Papæ. Audiat Magister Peregrinus, citet inhibeat, etiam sub censuris & pœnis, procedat summariæ, &c. Restituat, decernat (vt petitur) & iustitiam faciat. Altera vero talis erat, Placet Domino nostro Papæ. B. Cardinalis Guidiccionus. HVIVSMODI, commisionis vigore, nos in causa & causis predictis necnon inter partes supradictas similiter rite procedendo, & interim (sicut domino placuit) fæ. re. Paulo Papa tertio, ab hac luce sublato sanctissimoq3 in CHRISTO patre & domino nostro, domino Iulio diuina prouidentia Papa tertio ad summi appostolatus apicem assumpto. Nos deinde in causa & causis huiusmodi, ac inter partes easdem vlterius rite procedendo, seruatis seruandis, & cognitis ad plenum huiusmodi causæ meritis, de Dominorum coauditorum nostrorum consilio & assensu, quibus de huiusmodi cause meritis relationem plenariam fecimus & fidelem, nostram diffinitiuam præinsertarum diffinitiuarum confirmatoriam in scriptis tulimus & promulgauimus sententiam, in hunc modum, videlicet, CHRISTI NOMINE inuocato, pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam quam de Dominorum coauditorum nostrorum consilio pariter & assensu, ferimus in his scriptis, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, diffinimus, & declaramus, in causa & causis, quæ alias coram Reuerendo Patre Domino Fabio Accorambono coauditore nostro in prima, & succesiue coram Reuerendo Patre Domino bonæ memoriæ Petro Vorsio Episcopo Aqueñ. dum viueret, etiam coauditore nostro, in secunda, & nunc coram nobis in tertia versæ fuerunt & vertuntur instantia, inter illustrem dominum Don Ariam Gundisaluum de Auila actorem ex vna, & Ioannem

Relacion breue.

Tercera sentencia contra don Iuan Puerto carrero y su madre, q̃ confirma la segunda proxime dicha con costas.

nem Ariam Puerto Carrero eiusq; curatorem seu curatores, et pro eo agentes necnon Beatricem de Vahena, seu de Salcedo ipsius Ioannis matrem, pro suo interesse, ad causam huiusmodi venientem, de & super nullitate & inualiditate prætensi matrimonij inter præfatam Beatricem & quondam Ioánem Baptistam Puerto carrero, filium quondam illustris .d. Ioannis Ariæ de Auila comitis de Pugnonrostro, dictiq; Ioánis Ariæ patrem (vt prætenditur) contracti, necnon illegitimitate eiusdem Ioannis Ariæ, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione partibus ex altera, per præfatum Reuerendum patrem Dominum Petrum Vorsium Episcopum Aqueñ. dum viueret co auditorem nostrum, bene fuisse & esse processum sententiatum et diffinitum, necnon pro parte dicti Ioannis Ariæ, et dictæ Beatricis, ab eius ordinatione, sententia et processu male fuisse et esse prouocatum et appellatum. Dictiq; Reuerendi patris Domini Petri Vorsij Episcopi Aqueñ. dum viueret coauditoris nostri, ordinationem sententiam et processum confirmandam fore et confirmari debere, necnon eundem Ioannem Ariam, ac pro eo agentes prædictos, in expensis pro parte illustris Domini don Ariæ Gundisalui de Auila, coram nobis legitime factis condemnandos fore, et condemnamus quarum expensarum taxationem, nobis in posterum reseruamus. In fine verò dictæ sentẽtiæ nos manu propria his verbis subscripsimus, videlicet ita pronuntiaui. Ego Peregrinus Fabius Episcopus Vestañ. locum tenens. QVÆ QVIDEM dicta diffinitiua sententia (quia tertia et conformis a qua appellare non licet) in rem transiuit iudicatam. Qua propter prælibatus, sanctissimus dominus noster, Dominus Iulius diuina prouidentia Papa tertius, quandam aliam commissionis, siue supplicationis papiri cedulam, nobis per certum suum cursorem præsentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore, vz. BEATISSIME PATER, lite et causa inter deuotum sanctitatis vestræ oratorem Ariam Gundisalui de Auila, actorem ex vna, et quendam Ioannem Ariam Puerto carrero minorem, et pro eo agentes, necnon Beatricem de Vaena, alias de Salcedo ipsius Ioannis matrem pro suo interesse, ad causam huiusmodi venientem, de et super nullitate prætensi matrimonij, inter prædictam Beatricem et quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero filium quondam Ioannis Arias de Auila comitis de Pugnonrostro, dictiq; Ioannis Arias patrem vt prætenditur contracti, dictiq; Ioannis Arias Puerto Carrero illegitimitate et mala fide Beatricis, rebusq; alijs

Comissiõ executorial en fauor del Conde don Arias Gonçalo. Por la qual su sanctidad mãda q̃ se lleuẽ a pura y deuida execucion las dichas tres sentencias conformes contra don Iuan Puerto carro y su madre, con censuras y todo remedio de derecho.

alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis & illorum occasione partibus ex altera penden. præfatus Arias Gundisalui orator, tres pro se, et contra dictũ Ioannẽ Ariã et Beatricẽ ac pro eo agẽtes, succesiue, diffinitiuas, super nullitate dicti prætensi matrimonij ac illegitimitate prædicti Ioãnis Arias, cũ silẽtij impositione, ac cũ expensarũ condẽnatione reportauit sentẽcias. Quarũ vltima per reuerendũ patrẽ D. Peregrinũ Fabium Episcopũ Vestañ. sacri palatij Appostolici causarũ auditorẽ seu locũ tenentẽ extitit promulgata. Sed quia (Pater sancte) parũ esset sententias ferre, nisi esset qui illas debite exequutioni mandaret, supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ Arias Gundisalui de Auila orator præfatus, quatenus eidẽ Reuerẽdo patri D. Peregrino Fabio Episcopo vestañ. aut in eius locũ subrogando forsan auditori cõmittere et mãdare dignemini, vt prædictas sentẽtias cõtra Ioãnẽ Ariã Beatricẽ de Vaena, ac pro eis agẽtes prædictos, per omnes ecclesiasticas sentẽtias cẽsuras et pœnas, et alia iuris remedia debitæ exequutione mãdet et mandari faciat, cũ potestate quoscũq; processus desuper opportunos, suo sub sigillo, decernendi et expediendi, illosq; aggrauandi et reaggrauãdi, auxiliũ brachij secularis inuocañ. si opus fuerit. Cum potestate dictas literas exequutoriales per dictũ Reuerendũ patrẽ D. auditorẽ, seu locũ tenẽtẽ decernẽdas, constito sibi sũmarie & extraiudicialiter, & quantũ sibi sufficere videbitur, de non tuto accessu, etiã per edictũ publicũ, intimandi & exequendi, seu intimari & exequi faciẽdi & in euẽtũ non paricionis, sententias censuras & pœnas prædictas incidisse & incurrisse declarandi, aliaq; dicendi, gerendi, & exercẽdi, quæ in premissis et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, cõstitutionibus et ordinationib⁹ appostolicis, ac cãcellariæ appostolicæ regulis, & illa qua caueri dicitur ꝙ literæ exequutoriales & mãdata appostolica aliter quã sub plõbo expedita nullius sint roboris vel momenti stylo palacij, cæterisq; in cõtrariũ facieñ. non obstantibus quibuscũq;. In fine vero dictæ cõmissionis duæ erant signaturæ, quarũ prima talis erat, videlicet. De mãdato D. nostri Papæ idẽ locũ tenens, decernat, intimet, procedat & exequatur, vt petitur declaret aggrauet etiã cũ inuocatione, si & pro vt de iure, & iustitiã faciat, premissis nõ obstãtibus. Altera vero sic. Placet D. nostro Pape H. Cardinalis Verallus. POST CVIVS QVIDEM, vltimo preinserte cõmissiõis siue supplicatiõis cedule presentationẽ & receptionẽ nobis et per nos (vt premittitur) factas, nos ad prouidi viri magistri Bartholomei Crespo in Romana curia causarũ, & illustris d. Arie Gundisalui principalis, in preinsertis cõmissionibus et sentẽtijs

Decreto delas executoriales, del auditor que dio la tercera sententia.

principaliter nominati procuratores instantiã, magnificũ D. Rode ricũ de Mendoça, & Alphõsum de Omagna, in eadẽ Romana curia etiã causarũ & supradictorũ Beatricis de Vaena alias de Salcedo, & Ioãnes Ariæ Puertocarrero ex aduerso principaliũ in eisdẽ pręinser tis cõmissionibus & sẽtẽtijs ex auerso principaliter nominatorum procuratores & seu curatores, aut quocũque nomine cẽseãtur ad dicẽdũ & excipiẽdũ, quidquid verbo vel in scriptis, cõtra proxime prę insertã cõmissionẽ nobis vltimo pręsentatã, dicere siue excipere vole bant, necnõ ad videndũ & audiendũ omnes et singulas expẽsas pro parte dicti illust. D. Ariæ Gũdisalui principalis in deductione et pro sequutiõe litis & causi huiusmodi quomodolibet factas, & in quib⁹ Beatrix & Ioãnes Arias ex aduerso principales factas, per præinsertas sentẽtias sententialiter condẽnati existũt taxari & moderari, sen tentiasq; præinsertas, & expensarũ taxationẽ huiusmodi exequi & executiõi debitę mãdari, literasq; siue processus huiusmodi exequu toriales de super oportunas in forma solita & cõsueta decerni & cõ cedi, vel dicendũ, & causam, si quã habeãt rationabilẽ, quare præmis sa fieri nõ debeant allegandũ, per certũ domini nři Papæ cursore citari mandauimus & fecimus a certũ peremptoriũ terminũ cõpeteñ. videlicet ad diẽ & horã infrascriptos. Quibus aduenientibus cõparuit in iuditio legitime corã nobis pręfatus Magister Bartholomeus Crespo procurator pro vt de hinc inde procuratorũ, & seu curatorũ respectiue mandatis, apud acta causę huiusmodi legitimis cõstat do cumentis, & eo nomine procuratorio, dictorũ dominorũ Roderici de Mẽdoça & Alphõsi de Omagna ex aduerso procuratorũ et seu cu ratorũ respectiue, aut quocũq; nomine censeãtur non cõparentium contumatiã accusauit, ipsosq; cõtumaces reputari, & in eorũ contu matiã, omnes & singulas expẽsas pro parte dicti illustris D. Ariæ Gundisalui principalis in hac causa (vt præmittitur) factas, et in qui bus Beatrix, & Ioãnes Arias & pro eis agẽtes per pręinsertas sentẽtias sententialiter condẽnati existũt, taxari & moderari, necnõ sentẽtias et taxationẽ expẽsarũ huiusmodi exequi et exequutiõi debitę demã dari, literasq; siue processus exequutoriales desuper opportunos iux ta et secundũ vltimo pręinsertæ cõmissionis vim formã cõtinentiã, et tenorem in forma solita et consueta decerni et concedi per nos de bita cum instantia postulauit NOS TVNC Fabius Episcopus vestañ locum tenens, et exequutor præfatus, dictos dominos Rodericũ de Mẽdoça, & Alphõsum Omagna ex aduerso procurato res, & seu curatores aut quocumq; nomine cessantur non cõparentes reputauimus pro vt merito erant, iustitia suadente contumaces,

et

& in eorũ contumatiã, attendentes postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonã, quodq3 parũ prodesset sentẽtias ferre, & expensas taxare, nisi debitæ exequutioni demandarẽtur, & volẽtes dictam nobis vltimo factam et præsentatam commisionem ad effectum debitũ deducere (vt tenemur.) Id circo authotitate appostolica nobis cõmissa, et qua fungimur in hac parte, primitus omnibus et singulis expensis supradictis (vt præmittitur,) pro parte.d. illustris Domini Ariæ Gundisalui principalis factis, et in quibus dictus Ioannes Arias ac pro eo agentes sentẽtialiter condẽnati existũt ad ducatos duo mille trecentos & quinquaginta Auri de camera, boni & iusti ponderis prouida moderatione præuia per nos rite taxatis & moderatis iuramento eiusdem Magistri Bartholomei procuratoris legitime de super subsequuto quòd eius principalis, in huiusmodi litis siuæ causæ pro sequutione tantum & vltra expone re habuit sentẽtias præinsertas, & expensarũ taxationẽ prędictas exequẽdas & exequutioni debitę demãdañ. literasq3 siue processus exequutoriales de super oportunas iuxta vltimo præinserte cõmisiõis vim & tenorem in forma solita & consueta decerneñ. & concedendas duximus & decreuimus pro vt decernimus & cõcedimus per præsentes, sub modificatione infrascripta QVÆ OMNIA & singula præmissa, & hunc nostrũ processum ac in eis contẽta vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsens noster processus diregitur intimamus, insinuamus & notificamus, ac ad vestrã et cuiuslibet vestrũ notitiã deducimus, et deduci volumus per pręsentes. Vosq3 nihilominus et vestrũ quẽlibet authoritate prædicta, tenore præsentiũ requirimus, et monemus, primo, secũdo, tertio, ac vobis et vestrũ cuilibet, in virtute sanctę obediẽtię, et sub infrascriptis sententiarũ pœnis districte pręcipieñ. mãdãtesquatenus infra sex dierũ spatium, post pręsentationẽ seu notificationẽ præsentium, et requisitionem xobis seu alteri vestrũ, pro parte illustris domini Arię Gũdisalui principalis de super factas, immediate sequentes, quorũ sex dierũ duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies, vobis vniuersis et singulis supradictis pro tertio et perẽptorio termino, ac monitione canonica asignamus, eundẽ illustrẽ D. Ariã Gundisaluũ de Auila principalẽ ab impetitionibus opresionibus iactationibus molestationibus, vexationibus, perturbationibus, inquietationibus, et impedimentis per dictum Inannem Ariam Puertocarrero ex matrimonio inter quondam Ioannem Baptistam Puertocarrero et Beatricem de Vahena alias de Salcedo nulliter & cum mala fide contracto, ac nullo & inualido, nulliusq3 valoris, vel momenti na-

Notifica el dicho auditor a todos llos arriba nombrados todo lo arricontenido.

Y manda por la autoridad appostolica (premissa la deuida monicio) a todos los susodichos (saluo su Magest. arçobispo y Obispos) en virtud de sancta obediẽcia y sopena de descomunion que defiẽdan y hagan defender al Cõde dõ Arias Gonçalo de las molestaciones vexaciones impedimẽtos y opressiones que el dicho don Iuan assi illegitimo y bastardo o quien por el hiziere le quisieren hazer o hiziere: y no permitã

q̃ sobre razon de dezir y pretender ser legitimo el dicho dõ Iuã se las haga, ni de el ni sus agentes por el, y q̃ los dichos dõ Iuã y Beatriz de Vaena su madre, cessen y se desistan de las dichas molestias &c. y mandales q̃ paguẽ las costas al dicho Cõde dõ Arias Gõçalo.

tum illegitimum, & propterea etiã ad quascũmq; & quorũcumq; bonorum successiones, natalium legitimitatem requirentes, incapacem & insuccessibilem ac inhabilem seu pro eo agentes quomodolibet præstitis & illatis ac quomodolibet factis, defendatis & tueamini, ac ab alijs defendi & tueri faciatis, & procuretis, nec eundem illustrem D. Ariam Gundisalui de Auila a dicto Ioanne Aria (sicut præfertur) nato illegitimo, & (vt præfertur) ad successiones nataliũ legitimitatem requireñ. incapace & in successibili ac inhabili, ac pro eo ageñ. de & super præmissis, dictisq; prætensis, matrimonio & legitimitate, seu eorum occasione quoquomodo molestari, impeti, inquietari, perturbari & impediri permittatis. Vos quoq; Ioannes Arias & Beatrix ex aduerso principales, a molestationibus, vexationibus, iactationibus, opprælsionibus, perturbationibus & impedimentis, præmissorum occasione quomodolibet factis, præstitis & illatis, pœnitus & omnino desistatis, neq; eundem illustrem dominum Ariam Gundisaluum principalem, de & super præmissis, & illorum occasione de cætero molestetis, impetatis inquietetis, perturbetis, vexetis, aut impediatis, seu molestare, impetere, vexare, perturbare, inquietare seu quomodolibet impedire præsumatis, vel alter vestrum præsumat, seu pro vobis agentes præsumant, MONEMVS insuper modo & forma præmissis, & sub eisdẽ infrascriptis sententiarũ pœnis, te Ioannẽ Ariam ac pro te agẽtes prædictos, quatenus infra triginta dierum spatium, post præsentationem & requisitionem tibi vel pro te agentibus, vigore præsentiũ pro parte. d. illustris domini Ariæ Gundisalui principalis de super factam immediate sequeñ, quorum triginta dierũ, decẽ pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies, tibi ac pro te agenti bus, pro tertio & pereptorio, termino ac monitione canonica assignamus eidem illustri Domino Ariæ Gũdisalui principali vel procuratori suo, pro eo ad hoc sufficiens habenti mandatum, de duobus millibus, trecentis quinquaginta supradictis ducatis auri de camera prædictis ratione expensarum per dictum illustrem Dominum Ariam Gundisaluum in lite & causa huiusmodi factarum, in quibus (vt in præinsertis sententijs deducitur) sententialiter condemnati estis, & quatuor alijs similibus ducatis auri de camera in & pro expeditione nostri præsentis processus expositis. In quibus quatuor ducatis, te ac pro te agentes etiam condemnauimus, & processum nostrum huiusmodi taxauimus ad eosdem pro vt condemnamus, & taxamus, per præsentes condignam satisfationem, & solutionem impendas, realiter

&

& cum effectu, aut medio tempore conuenias & concordes, seu conueniãt & concordent super præmissis amicabiliter cum eodem. INHIBEMVS præterea modo & forma præmissis vobis omnibus & singulis supra dictis & generaliter quibuscũq; alijs, cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel conditionis existant, ne præfato Illustri Domino Ariæ Gundisalui principali vel procuratori suo, quominus sibi de dictis ducatorum summis condigna satisfactio et solutio impendatur, omnia alia singula supra & infra scripta, suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod prestetis seu præstent, & impedientibus ipsum Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum vel procuratorem suum, super præmissis, in aliquo detis vel dent auxilium & fauorem publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio. QVOD SI FORTE premissa omnia & singula non ad impleueritis, mandatisq; & monitionibus ac inhibitionibus nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis, non parueritis seu paruerint cum effectu, nos in vos omnes & singulos supradictos qui culpabiles fueritis in præmissis, seu fuerint, ac in contradictores quoslibet & rebelles, ac impedientes ipsum Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum principalem, vel procuratorem suum, super præmissis in aliquo, ipsumq; impedientibus dantes auxilium, consilium, & fauorem publice vel occulte, per se, vel alium, seu alios, ex nunc, pro vt ex tunc, & ex tunc prout ex nunc singulariter in singulos, dictis canonicis monitionibus præmissis excommunicationis. IN capitula vero, collegia, et conuentus quarumcumq; ecclesiarum et monasteriorum in his delinquẽ suspensionis adiuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium ecclesias, monasteria & capellas inter dicti ecclesiastici, sentẽtias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. VOBIS VERO reuerendisimo, & reuerendis patribus & dominis Archiepiscopo & Episcopis præfatis dumtaxat exceptis, quibus ob reuerentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra premissa vel aliquod premissorum per vos vel submissas personas feceritis prædicta sex dierum canonica monitione premissa ingressus ecclesiarum interdicimus in his scriptis. Si vero inter dictũ huiusmodi per alios sex dies dictos sex immediate sequentes sustinueritis vos in his scriptis eadẽ canonica monitione præmissa suspendimus adiuinis. Verũ si præfatas interdicti & suspensionis sententias per alios sex dies præfatos duodecim dies immediate sequentes animis (quod absit) substinueritis induratis, vos & quemlibet vestrũ in his scriptis canonica monitione

Inhibe a todos los arriba nombrados de qual quier estado, grado, orden, o condicion que sea, que no den impedimẽto, o ayuda, o fauor publica ni occultamente, directe o indirecte, debaxo de qualquier color o artificio para que las dichas sentencias, y lo enellas cõtenido, y todo lo a qui mãdado dexe de conseguir su deuido effecto.

¶ Descomulga en general y en particular a todos quantos hizieren lo contrario en qualquiera cosa de todo lo que arriba es dicho.

Suspende adiuinis a los cabildos, collegios, y conuentos, y interdize sus yglesias.

Suspende primero y despues interdize, y despues descomulga a los dichos Arçobispos y Obispos.

 nitione

Subdelega para todo lo dicho y prosecucion de la execucion hasta inuocacion del braço seglar.

nitione præmissa ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc excommunicationis sententia innodamus. CÆTERVM cum ad exequutionem præmissorũ vlterius faciẽdam, nequeamus quo ad pręsens personaliter interesse pluribus alijs arduis in Romana curia prępediti negocijs vniuersis & singulis dominis, Abbatibus, Prioribus, Pręposistis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parrochialiumq; ecclesiarum Rectoribus, seu loca teneñ, eorundem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, curatis & non curatis, cæterisq; presbiteris, clericis, notarijs & tabellionibus publicis, quibuscũq; per prouintias, ciuitates, & dioceses prædictas, ac alias vbilibet constitutis, & eorũ cuilibet insolidũ, super vlteriori executione dictæ nobis vltimo factæ & pręsentatæ cõmissionis facieñ, authoritate Appostolica prædicta tenore pręsentium cõmittimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, quos & eorum quemlibet insolidum, eisdem authoritate & tenore, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, ipsis & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna quam in eos & eorum quemlibet, canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint quę mãdamus districte pręcipiendo mandãtes, quatenus infra tres dies post requisitionem, ipsis seu alteri ipsorum, pro parte Illustris Domini Arię Gundisalui principalis prędicti vigore præsentium de super factam, immediate sequẽtes, quos tres dies ipsis & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoq; peremptorio, ac monitione canonica asignamus. Ita tamen ꝙ in his exequendis vnus eorum alterum non expectet, nec alter pro alio se excuset, ad vos omnes & singulos supra dictos, quibus pręsens noster processus dirigitur, personasq; & loca alia, de quibus vbi quando & quoties expediens fuerit personaliter accedãt, seu alter eorum accedat, & huiusmodi nostros processus, & quæcumq; in eis contenta, vobis communiter vel diuisim legant, intiment, insinuent, et fideliter publicare procurent, nec non præfatum Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum principalem, a iactationibus, oppresionibus, impeditionibus molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis sibi per dictum Ioannem Ariam Puerto carrero ex aduerso principalem, de & super pręmisis, nec non pretensis matrimonio & legitimitate, & illorum occasione factis, præstitis, et illatis, tueantur et defendant, ac tueri & defendi, sibiq; vel procuratori suo legitimo pro eo de dictis ducatorum summis ratione expensarũ, prædictarũ

debi-

debitam & condignam satisfactionem impendi faciant & procurent, ratione expensarum prędictarum infra terminos superius annotatos. ET SI FORSAN (quod non credimus) Ioannes Arias ex aduerso principalis & pro eo agentes, cæteriq; contradictores & rebellis prædictis mandatis, monitionibus, requisitionibus, inhibitionibus, & processibus nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis infra dictos eis respectiue terminos superius expressos parere & obedire neglexerint aut recusauerint, pœnas sententias, et censuras prædictas in eos (vt præmittitur) latas damnabiliter incurreñ, & tunc prædictis subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis pœna committimus & mãdamus, quatenus singulis dominicis & festiuis diebus, in eius ecclesijs, monasterijs & capellis, infra missarum & aliarum horarum diuinarum solemnia, ac alias, vbi, quando, & quoties expedierit, & pro parte dicti Illustris Domini Ariæ Gundisalui principalis desuper fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, prædictum Ioannem Ariam Puerto carrero ex aduerso principalem ac pro eo agentes, cæterosq; contradictores & rebelles, sic excommunicatos publice denuntient, & ab alijs quãtum in eis fuerit denuntiare faciant, donec & quovsque aliud a nobis vel superiori nostro super hoc habuerint in mandatis. SI VERO Ioannes Arias ex aduerso principalis, ac pro eo agentes, contradictoresq; & rebelles prædicti, dictam excommunicationis sententiam per decẽ dies illius denunciationẽ immediate sequeñ, pertinaciter sustinuerint, nos ex tunc (quia crescetne contumatia & in obedientia, crescere debet & pœna, ne facilitas pœnæ, audatiam tribuat delinquendi) processus nostros huiusmodi aggrauamus, dictis subdelegatis nostris, modo & forma præmissis præcipientes. Quatenus singulis diebus dominicis & festiuis in suis ecclesijs, monasterijs & capellis, infra missarum, & aliarum præscriptarum horarum solemnia dictam excommunicationis denuntiationem reiterando & innouando, eundem Ioannem Ariam Puerto carrero, & pro eo agentes, contradictoresq; & rebelles sic (vt præfertur) excommunicatos, denuntiatos, nominatim, campanis pulsatis, candelis accensis, demum extinctis & in terrã proiectis cruce erecta & religione induta, aquam benedictam aspergendo adfugandũ demones qui eos detinent ligatos, & laqueis suis cathenatos. Orando q Dominus noster Iesus Christus eos ad catholicam fidem & sanctæ matris ecclesię gremium reducere dignetur, ne eos in talibus peruersitate dies eorum finire permittat. Cum decantatione respõsorij, Reuelabunt cæli iniquitatem Iudæ, & c. et Psalmi. Deus laudem

Agraua.

dem meam ne tacueris etc. cum antiphona, media vita in morte sumus totaliter. Et his finitis ad ianuas ecclesiarum suarum vna cum clericis et parrochianis accedant, ad terrorem, vt eo citius ad obedientiam redeant tres lapides versus domos habitationum suarum proijciant in signũ maledictionis ęternę, quam Deus dedit Corę, Dathan et Abiron, quos terra sustinere non potuit, sed iusto Dei iuditio illos absorbuit vt in infernum descenderent viuentes, etiam post missam et in vesperis alijsq; horis canonicis, sermonibus, et prędicationibus publicis, solemniter publicent & denuntient, ac ab alijs (quantũ eis fuerit) publicari, et denuntiari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant, donec aliud, a nobis vel superiori nostro super hoc receperint in mandatis. VERVM, si præfati denuntiati, & aggrauati, aggrauationem nostram huiusmodi per alios decem dies illius denũtiationẽ, & dictos decem dies immediate sequentes, animis (quod absit) sustinuerint induratis, nos ex tũc, (quia peruersorum audatia præsumptiua id exigit, vt vnica poena non contenti fortioribus arceantur poenis, ne fides illorum lędatur, qui suis superioribus obedientiam semper debitam impenderunt) processus nostros reaggrauamus, supradictis subdelegatis nostris (vt supra) mandantes, quatenus dicta authoritate Appostolica, omnes & singulos Christi fideles, vtriusque sexus homines, & præsertim familiares & seruitores denuntiatorum & aggrauatorum huiusmodi, modo & forma præmissis, moneant & requirant primo, secundo, tertio, & peremptorie, prout etiam nos requirimus & monemus eosdem ipsis & eorum quilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommnicationis poena districtius inhibẽdo, quatenus infra sex dies, monitionẽ & requisitionem huiusmodi ipsis factas immediate sequentes, quos dies ipsis & eorum quilibet, pro omni dilatione terminoq; peremptorio, ac monitione canonica assignent, prout nos assignamus eisdem, ac participatione, communione, familiaritate & seruitute dictorum denuntiatorũ & aggrauatorum poenitus & omnino desistant, nec cum eis, vel eorum aliquo, seruiendo, loquendo, conuersando, cibum potum, aquam vel ignem, aut alia necessaria ministrando, aut aliquo humanitatis solatio, præterquam in casibus & personis a iure permissis, participare præsumant, seu aliquis eorum præsumat. Et si contrarium fecerint nos in eos, & eorum quemlibet cum dictis dennntiatis & aggrauatis rebelliter participantes, & contra facientes ex nunc prout ex tũc, & ex tunc prout ex nunc, dicta sex dierũ canonica monitione præmissa, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, & etiã

Reagraua.

pro-

promulgamus dictis subdelegatis nostris, modo & forma præmissis, districte precipiendo, mandantes quatenus singulis diebus dominicis & festiuis, in suis ecclesijs, monasterijs & capellis, infra missarum & aliarum præscriptarum horarum solemnia, ac quibus, vbi, quando, et quoties expedierit, præfatos Christi fideles, familiares et seruitores, qui cum dictis denuntiatis & aggrauatis rebelliter participauerint, excommunicatos tam diu publice denuntient, et ab alijs (quantum in eis fuerit) publicari, denũtiari, et ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant, donec et quousq; absolutionis beneficium desuper meruerint obtinere. PRÆTEREA si præfati, denuntiati, aggrauati, reaggrauati, reaggrauationem nostram huiusmodi per alios decem dies illius denuntiationẽ, ac dictos viginti dies immediate sequentes, dictas nostras sententias pertinaciter sustinuerint Pharaonis duritiam imitando, ad modum aspidũ surdarum aures suas obturantium, ne vocem audiant incantãtium. Nos ex tunc omnes et singulas ciuitates, terras, oppida, castra, villas suburbia, & quarumcunq; ecclesiarum collegia, parrochias, et alia quæcumq; loca, in et sub quibus ac denuntiatos aggrauatos et reaggrauatos prædictos, aut eorum aliquem morari, declinare seu deuenire contigerit, quandiu ibidem fuerint, seu aliquis eorum fuerit ecclesiastico supponimus interdicto, supra dictis subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis pæna mandantes, quatenus ex tunc quandiu idem denuntiati, aggrauati, et reaggrauati in locis publicis fuerint, seu aliquis eorum fuerit, cessent & ab alijs cessari faciant adiuinis. Quam quidem cessationem, etiam per tres dies continuos post ipsorum denuntiatorum, aggrauatorum et reaggrauatorum, vel alterius eorundem abinde recessum continuent, et ab alijs (quantum in eis fuerit) obseruari & cõtinuari faciant, & permittant ita et taliter ꝙ huiusmodi stante interdicto, nulla ecclesiastica sacramenta in et sub eisdem locis, in quibus dicti denuntiati, aggrauati, et reaggrauati fuerint, seu aliquis eorum fuerit ministrentur, nisi penitentia et Baptismus omnibus indifferenter, et eucharistia infirmis tantum, et matrimonium sine ecclesiastica solemnitate cõtrahatur, inibiq; et sub eisdem locis decendentibus ecclesiastica denegetur sepultura. DEMVM VERO si prædicti, denuntiati, aggrauati, reaggrauati, ac interdicti, interdictum huiusmodi per alios decem dies ipsius publicationem, et dictos triginta dies immediate sequentes sustinuerint, ac processibus, mandatis, monitionibus et inhibitionibus nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis non paruerint cum effectu (quod Deus auertat) Nos ex tunc (quia Inuoca.

mucro-

mucrone non percuciente ecclesiastico temporalis saltim gladius non immerito suffragatur) auxilium brachij secularis duximus inuocañ, vt quos Dei timor a malo non reuocat, temporalis coerceat seueritas disciplinæ. HINC EST quòd vos gloriosissimum ac inuictissimum ac catholicum Principem ac dominum Dominum Carolum Romanorum Imperatorem ante dictum, dicti gladij principalem bibratorē & iustitiæ Zelatorē in domino exortamur, vosq; dominos Duces, Comites, Marchiones, Barones, Proconsules, Iudices, & Officiales, ac alios supradictos, iurisdictionē temporalem & ordinariam, per vos, vel alium, seu alios exercentes, quibus presens noster processus dirigitur dicta authoritate tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secūdo, tertio, & peremptorie, vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pæna quam in vos & vestrum quemlibet (canonica monitione premissa) ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districte precipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spacium post supradictos terminos præexpressos, nec non notificationem & publicationem præsentium, vobis seu alteri vestrum, in vestris territorijs, iurisdictionibus & districtibus ac requisitionibus, pro parte dicti Illustris domini Ariç Gundisalui principalis desuper factas immediate sequentium. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis & vestrum cuilibet pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, vos omnes & singuli domini temporales antedicti. Quorum omnium super hoc auxilium brachij secularis duximus inuocandum & inuocamus, quoties & quando pro parte dicti Illustris domine Ariæ Gundisalui principalis vigore præsentium super hoc fueritis requisiti in iuris subsidium, contra præfatos denuntiatos, aggrauatos, reaggrauatos, & interdictos dicta authoritate Appostolica, per captionem, inuasionem, incarcerationem, et detentionem personarum, corporum, rerum, & bonorum, eorundem insurgatis, ac alias insurgere faciatis. Nec non personas, corpora, res, & bona eorum, & cuiuslibet ipsorum inuadatis, incarceretis, & in firma & tuta custodia teneatis, arrestetis, & occupetis per vos, vel alium, seu alios, ac quilibet vestrum qui super hoc fuerit requisitus, inuadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, et occupet libere et licite. Super quibus omnibus et singulis vobis, et cuilibet vestrum licentiam ac plenariam potestatem concedimus per præsentes dictos denūtiatos, aggrauatos, reaggrauatos, et interdictos, ita et taliter astringatis & compellatis potenter etiam manu forti,

absq;

absq; tamen graui lesione corporum eorundem, vsque ad integram satisfactionem, & paritionem omnium & singulorum præmissorum, ac donec & quousq; Ioannes Arias Puerto carrero & pro eo agentes, eidem Illustri Domino Ariæ Gundisalui, vel procuratori suo de ducatis duobus millibus, trecẽtis, quinquaginta supradictis ratione expensarum litis & causæ ac alias (vt præfertur) taxatis, realiter & cum effectu satisfecerit, seu satisfecerint. Nec non ipse Ioannes & pro eo agentes, cæteriq; contradictores & rebelles prædicti, a iactationibus, oppresionibus, molestationibus, inquietationibus, perturbationibus, vexationibus, & impedimentis, ac consilio, auxilio, & fauore prędictis, penitus & omnino destiterint, & ad sanctæ matris ecclesiæ gremium redierint, & beneficium absolutionis a supra dictis sententijs & censuris, a nobis, vel superiori nostro meruerint obtinere. QVOD SI FORTE vos gloriosissime & inuictissime Romanorũ Imperator, xequutor iustitiæ, præsentis nostri processus, & mandatorum nostrorum (imo verius Appostolicorum) transgressor, vel neglector fueritis (quod tamen vestræ Maiestatis Imperialis pręfulgidæ iam dudum per totum orbem diuulgatæ obedientia suspicari non sinit) proculdubio iusti judicis officium offenderitis, & præmium alias pro exequutione iustitiæ vobis a Domino Deo paratum nihilominus amitteretis, licet vos huiusmodi nostris sentẽtijs ligari nolumus ob reuerentiam vestrę Maiestatis Imperialis non immerito deferendam, intuitu tamen iustitiæ & ob sancte sedis Appostolicæ, ac præfati sanctissimi Domini nostri papæ reuerentiam, eandem vestrã Maiestatem Imperialem, ad præfatam exequutionem efficaciter ad implendam, in domino exortamur. ET GENERALITER dicti subdelegati nostri omnia & singula nobis in hac parte commissa plenarie exequãtur iuxta traditam seu directam a sede Appostolica nobis formam, & dictę vltimo commissionis nobis factæ tenorem, ita q ipsi subdelegati nostri vel alij, nihil in præiudicium dicti Illustris Domini Arię Gundisalui de Auila principalis valeant attentare, neq; in processibus per nos habitis, & sententijs per nos latis absoluẽ, vel suspendẽ aliquid immutare, in ceteris autem quę eidem Illustri Domino Arię Gundisalui principali nocere possent super pręmissis in aliquo, seu obesse ipsis et quibuscunq; alijs, potestatem omnimodam denegamus. Et si contingat nos super præmissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem plenariam reseruamus, non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsa in literis nostris spetialem & ex-

Exorta al Emperador, que si no obedeciesse estos mandamientos appostolicos, cosa que de su catholica Magestad no se deue sospechar, y a q no quiere q sea su Magestad ligada de las dichas censuras por reuerẽtia de su Imperial Magestad, pero q offẽderia el officio de justo juez y perderia el premio q Dios le tiene aparejado por la execucion de la justicia.

Manda generalmente a los dichos subdelegados, que ninguna cosa hagan ni permitan hazer en perjuyzio destas letras Appostolicas, ni del dicho Conde don Arias Gonçalo.

& expressam fecerimus mentionem. Præsentes quoq; literas, siue hunc nostrum processum exequutorialem, volumus penes dictum Illustrem Ariam Gundisaluum principalem vel procuratorem suũ remanere, & non per vos, seu aliquem vestrum contra ipsorum voluntatem detinere. Contrarium vero facientes, præfatis nostris sententijs prout in his scriptis per nos latæ sunt, dicta canonica monitione præmissa, ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmisis eam petentibus, & debentibus habere, petentium quidem sumptibus & expensis, Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sentẽtias & censuras, aut earum aliquam incurrerint, siue incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. IN QVORVM omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas siue hoc præsens publicum instrumentum, huiusmodi nostrum processum exequutorialem continens in se, siue continens exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumq; & huiusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum subscribi & publicari mandauimus, sigilliq; nostri iussimus & fecimus appensione communiri. DATVM & sic actum Romæ apud Sanctum Petrum in palatio causarum Appostolico in quo iura reddi solent, mane hora audientiæ causarum, more dominorum auditorum, nobis inibi ad iura reddendum, partiumq; causas audiendum, in loco nostro solito & consueto pro tribunali sedentibus, sub anno a natiuitate Domini, millesimo, quingentesimo quinquagesimo primo, indictione prima die vero veneris, duodecima mensis Iunij Pontificatus prælibati sanctissimi in Christo patris & domini nostri, Domini Iulij diuina prouidentia Papæ tertij anno secundo, præsentibus ibidem discretis viris Magistris Balthasare Moleri, & Petro Verliot alias Valendriñ, notarijs publicis scribisq; nostris, clericis, Gebeneñ & Lugduneñ, respectiue diocesum, testibus ad præmissa vocatis specialiter atq; rogatis. ET EGO IOANNES Doleñ, clericus Leodieñ diocesis publicus Appostolica authoritate notarius præfatiq; reuerẽdi patris Domini Peregrini Fabij Episcopi Vestan. locum tenentis in huiusmodi causę coram eo in locum discreti viri magistri Hernei Croscelli, eadem authoritate, Rotę notarij scriba deputatus. Quia dictę vltimo præinsertę diffinitiuę sententię pronuntiationi, monitioni, requisitioni, inhibitioni, subdelegationi, aggrauationi, reaggrauationi, interdicti appositioni, auxilij brachij secularis inuocationi, expensarum taxationi & moderationi, presentiumq; literarum, siue processum exequutorialium petitioni et decreto

Dadas y dicernidas enel palatio Appostolico de la Rota a doze de Iunio de mil y quinientos y cinquenta y vno.

La suscripcion del notario de Rota.

creto, cũ prænominatis testibus præsens interfui, & in notam sumpsi, cæteraq; omnia alia & singula in actis causæ huiusmodi reperi & inueni, ideo pręsens publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, confeci, subscripsi, & publicaui, signoq; nomine & cognomine meis solitis, cum prædicti Domini Episcopi locũ tenentis sigilli appensione, signaui rogatus & requisitus, locus ❧ signi, locus ❧ sigilli. QVIBVS QVIDEM literis exequutorialibus decretis & relaxatis, & legitime exequutis, ac illarũ exequutione in actis reproducta, citatisq; Dominis Petro de Antayo, & Alphonso de Omagna in Romana curia causarum, & prædicti Illustris Domini Ioãnis Ariæ ex aduerso principalis procuratoribus, primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, ac quarto pro quarta, & super abundanti dilatione, ad docendum principalem suum paruisse dictis literis exequutorialibus, vt supra decretis & exequutis ac reproductis fæl. recor. Iulius Papa tertius quandã commissionem aliam præinsertam, in eius capite habente Illustrissimo & Reuerendissimo tunc Cardinali Sancti Calixti, & Reuerendo patre domino Iulio Oradino tunc Rotæ auditori pręsentari fecit huiusmodi sub tenore. BEATISSIME PATER, & si lite & causa in tertia instantia, coram Reuerendo patre domino Episcopo Vestan. pendente inter deuotum oratorem vestrum Ioannem Ariam Puerto carrero minorem reum conuentum ex vna, & Ariam Gundisaluum aduersarium actorem ex alia, de et super legitimitate vel illegitimitate eiusdem oratoris, iam per quadriennium & vltra, resoluta fuisset remissoria oratori vestro concedenda ad probandum in partibus sibi incumbẽtia pro releuãtibus pariter resoluta, nihilominus propter varias & diuersas dilationes dicto Ariæ aduersario concessas, ac varia illius subterfugia, eadem remissoria iam per quadrienniũ & vltra, in suspenso retenta fuit, vsq; adeo q̃ aduersarius suffultus quibusdam literis sibi a iudice clanculum concessis, quosdã suspectissimos testes ad curiã adduxit, & post illorũ examẽ præfatus Reuerẽdus dominus Episcopus Vestanus nedũ remissoriã in negocio principali, & ad reprobandũ testes partis aduersæ ac beneficium restitutorium, et successiue dilationem ad consulendũ, nec non & aliam dilationem adducendũ testes ad curiam in actis specialiter petitam tacite vel expresse reiecit, ac oratori vestro viam probatoriam pręclusit. Quinimo contra ipsum oratorem etiam in negocio principali inauditum & indefensum, tertiam diffinitiuã sententiam pretensam rem iudicatam facieñ, ac irreparabile damnũ inferẽ promulgauit, licet nulliter et de facto. Et ideo pro oratoris parte

Continuacion de las vltimas executoriales.

Como fueron representadas las dichas executoriales en Rota cõ la intimacion dellas hecha personalmente a dõ Iuã tenedor del Condado.

Commissiõ impetrada por parte del dicho don Iuan, en que pide como menor ser restituydo in integrum contra todo lo arriba dicho, y que no se cometa esta causa en Rota sino a algun Cardenal. Su Sãctidad y su signatura la comete en Rota, y que se haga en todo lo que pide segun el aluedrio de la Rota, que es lo que fuere de derecho.

te

te, tam à dicta sententia quam a dictis grauaminibus, ac toto eius processu, ad Sanctitatem vestram, sanctamq; sedem Appostolicam appellatum & de nullitate dictum extitit, & post dictã appellationem pro oratoris parte interpositã, & huiusmodi commisionem Sanctitati vestræ porrectam, exequutoriales pari modo decreuit. A quib' pariter orator vester appellauit, & de nullitate dixit. Et quia (Pater Sancte) orator vester non minus appellationes & nullitates prædictas prosequi, quam etiam aduersus dictã prætensam rem iudicatam, & præmissa omnia in integrũ restitui cupit, iccirco Sanctitas vestra quatenus alicui ex vestris Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus neutri partium suspecto, attento q̃ Rota dictam prætensam rem iudicatã vtrinq; improbam, totumq; suum processum (vt par est) defendere conabitur, committere & mandare dignetur, vt causam & causas appellationis nullitatis et restitutionis prædictarũ cum suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & cõnexis, tam coniunctim quã diuisim, audit & cognoscat, partibusq; iustitiam ministrãdo terminet & decidat, cum potestate tam dictũ aduersarium quam alios sua interesse putantes in Romana curia, et extra eam citandi, ac quibus & quoties opus fuerit sub pœnis et censuris ecclesiasticis inhibendi & in euentum non paritionis, ac quidquid alias legitime exequendũ fuerit exequendi, dictasq; exequutoriales, prout iuris fuerit reuocandi, retardandi, & suspendendi, aliaq; faciendi in premissis necessaria et opportuna premissis ac constitutionibus & ordinationibus Appostolicis, repositiõ magis grauandi animo ferijs terminoq; iuris seu quibusuis Appostolicis datis, itaq; pro illis redire amplius non sit necesse stylo palatij, cæterisq; in contrarium non obstantibus quibuscunq;, statum & merita causæ & causarũ huiusmodi, aliorumq; hic forsan latius exprimendorũ de necessitate tenores & cõpendia pro plene & sufficiẽter expressis habentes, vel si magis placet, omnia committantur eidem Domino Episcopo Vestano qui in premissis procedat arbitrio Rotę. De mandato Domini nostri Papæ idem locum tenens, procedat in secũda parte vt petitur, & iustitiã faciat. Placet de secũda parte. I.

Otra cõmission ganada por Beatriz de Vaena madre del dicho don Iuan estante personalmente en Roma, signada de mano del Papa Iulio, por la qual saco la dicha causa de Rota, y la comete al Cardenal de sant Calixto, y a vn

PATER SANCTE, agitur iam vigesimus mensis vel circa, ex quo deuota Sãctitatis vestræ Oratrix Beatrix Salcedo de Vaena, relicta quondã Ioannis Baptistæ Puerto carrero Comitis de Pugno Rostro Toletan diocesis, intellectis nullitatibus & grauaminibus per præfatum Dominum Episcopum Vestanum, in causa de qua in præinserta in præiudicium honoris et totius status eiusdem Oratricis, et deuoti vestri etiam oratoris Ioannis Ariæ prænominati eius filij illata fuerunt, et in dies inferebantur, etiã per media

bel-

bellorum discrimina, ex comitatu & propria patria sua prædicta discessit confugitura ad pedes Sanctitatis vestræ pro obtinenda iustitia quæ ab omnibus alijs denegata fuerat & denegabatur, cum magno familiarium virorum & mulierum (prout statui suo cõuenit) numero, ac etiam cum multis testibus de veritate negotij informatis, & in vrbem tandem de mense nouembris, anni millesimi quingentesimi quinquagesimi primi deuenit, vbi Sanctitas vestra eius clamoribus intellectis, inconueniensq; arbitrata, ꝙ prędictus Dominus Episcopus Vestanus, ipsi Oratrici & filio, suaq; bonæ iustitiæ adeo infensus vlterius recipiendis ipsorum oratorum probationibus remaneret, media quadam via electa, certis Romanæ curiæ prælatis, vt probationes huiusmodi reciperent, ad effectum vt illis receptis Sanctitas vestra cognoscere posset si Beatricis & filij oratorum prædictorũ clamores & iusto dolore prouenicbant, nec ne, & demũ probationibus prædictis peractis, eadem Sanctitas vestra Reuerendissimo Domino Cardinali sancti Calixti, viuæ vocis oraculo in plena sua signatura mãdauit, vt tam testes remissorię huiusmodi examinatos, quam anteriora causæ & causarum prædictarum acta inspiceret, illarumq; merita Sanctitati vestræ referret, ad effectum, vt habita relatione huiusmodi, quid in causa & causis prædictis pro iustitiæ debito statuendũ esset, deliberare valeret. Et quoniam (Pater Sancte) ex prętati Reuerẽdissimi Domini Cardinalis sancti Calixti, & cum interuentu & præsentia dicti Domini Episcopi Vestani relatione prędicta iam habita, creditur ꝙ Sanctitas vestra inuenerit veritatem, ab ipsorum Oratorũ parte stare, æquumq; & iustum esse, vt per sanctitatem vestrã eorum indemnitati prouideatur. Proinde supplicant humiliter Sanctitati vestræ præfati oratores, tam cõiunctim quã diuisim, quatenus attenta notoria iustitia prædicta ad abbreuiandum lites, & ne ex vna plures pullulent, & immortales fiant, prouideñ, eosdem oratores & eorum quemlibet contra & aduersus quascunq; prętensas sententias, & inde resultãtes, assertas res iudicatas, literasq; exequutoriales & quęcunq; inde sequuta probationes omissas seu verius ad illas faciendas iniuste denegatã facultatem, & alia quæcũq; grauamina eis per præfatũ dominũ Episcopũ vastanũ, & quoscunq; alios vlteriores iudices quomodolibet illata & facta, in integrũ & eum in quo, antequã præmissa fierent, erant, & quilibet eorũ erat, statũ, in omnibus & per omnia plenarie restituere & reintegrare. Et nihilominus causam, & causas in præinserta descriptas, & quam et quas præfatus Ioannes Arias Orator habet & mouet, habereq; & mouere vult & intendit, contra & ad-

auditor de Rota, y manda que ella asi pendiente no se proceda a execuciõ delas dichas letras executoriales, que son dos cosas extra ordinarisimas, &c.

uersus præfatum Ariam Gundisaluū aduersarium, omnesq; alios, tam in decreto quam in exequutione citationis decernendæ nominandos, de et super præmissis & quolibet præmissorum, dictiq; Ioannis Oratoris legitimitate, rebusq; alijs in actis causæ deductis & deducendis alicui ex Sanctæ Romanæ ecclesię Cardinalibus etiam summariæ, &c. prout in beneficialibus, tam coniunctim quam diuisim, ac cum incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis & connexis, audiendas, cognoscendas, fineq; debito terminandas, committere & mandare dignemini, cum potestate præfatos, omnesq; alios &c. vt præfertur, nominandos in Romana curia & extra eam, & in partibus, etiam per edictum publicum constito summariæ &c. de non tuto accessu, citandi in Romana curia & extra, in partibus, etiam sub censuris & pęnis pecuniarijs arbitrio suo moderañ, inhibeñ, remissoriamq; ad partes, sub suo solito sigillo decernendam, regula Cancellariæ non obstāte, attentataq; & innouata quęcunq; etiam in primis & ante omnia reuocādi, ac sub similibus censuris & pęnis reuocari, mandañ & faciendi, & in euentum non paritionis inuocañ, alijsq; facultatibus, necessarijs & opportunis, non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; statum & merita causæ & causarum prædictarum, aliorumq; forsan latius exprimendorum tenores, pro sufficienter expressis habentes, vel si magis placet committatur Reuerendissimo Cardinali sancti Calixti, & vni ex auditoribus Rotę. Qui oratores (prout iuris fuerit) restituant, & deinde causam & causas huiusmodi inter partes pendentes, audiant, terminent, & decidant, cum facultate citandi & inhibendi, ne interim ad aliquam exequutionem procedatur, ac remissoriam eorum arbitrio concedendi, & alia faciendi, ferijs non obstantibus. In fine vero dictæ commissionis, siue supplicationis papyri cedulæ, scripta erant de alterius manus litera, superioribus literis ipsius cedulæ, penitus & omnino dissimili et diuersa hæc verba, videlicet. De mandato Domini nostri Papę, audiant ijdem Reuerendissimus Dominus Cardinalis & Magister Iulius, citent procedant vt in secunda parte petitur, in extremitate vero inferioris marginis eiusdem commissionis siuæ supplicationis papyri cedulæ scripta erant manu propria Sanctissimi Domini nostri Iulij tertij superioribus literis ipsius cedulæ similiter penitus & omnino dissimili & diuersa hęc verba, videlicet: placet de secunda parte. I. CVIVS VIGORE citato Illustri Domino Aria Gundisalui, ad instantiam Illustris

Domi-

Domini Ioannis Ariæ Puerto carrero principalis, ad dicendum contra dictam commissionem, & videndum inhiberi incuria & extra fuit per prefatos Reuerendissimum Cardinalem Pighinum, seu sancti Calixti, & Iulium Oradinum iudices commissarios in causa huiusmodi incuria & extra inhibitum. Litereque inhibitionis informa solita & consueta decrete & relaxatæ, ac postmodum pro parte ipsius Illustris Domini Ioannis Ariæ Puertocarrero coram eis datis et exhibitis nonnullis positionibus et articulis citato prædicto Illustri Domino Aria Gundisaluo, siue eius procuratore per audientiam literarum contradictarum, ad dicendum contra, & videndum illos ad probandum admitti in curia et extra, literasq; remissoriales informa solita decerni, dictasq; literas remissoriales per predictos dominos iudices commissarios decerni obtinuit. Post modum vero propter dicti Cardinalis Pighini obitum fœlicis recordationis Paulus Papa quartus huiusmodi causam in Rota recommittendo dicto Domino Iulio Oradino aliam commissionem presentari fecit, huiusmodi sub tenore, videlicet.

BEATISSIME PATER, lite et causa in Romana curia, in vestro Rote auditorio inter deuotũ Sanctitatis vestræ Oratorem Ariam Gundisaluum de Auila Comitem de Pugnõ Rostro, & quosdam Beatricem de Vaena, ac Ioannem Ariam Puerto carrero ipsius Beatricis filium aduersarios, de et super nullitate & inualiditate pretensi matrimonij inter dictam Beatricem et quondam Ioannẽ Baptistam (vt ex aduerso pretenditur) contracti, ac ipsius Ioannis Arie illegitimitate et incapacitate, rebusq; alijs inactis cause et causarum huiusmodi latius expressis, dictus Orator tres conformes diffinitiuas sententias ac rem iudicatam in sui fauorem, et contra Beatricem et Ioannem eius filium reportauerit, literisq; exequutorialibus decretis, et eisdem intimatis, liteq; et causa inter supradictos premissorum occasione in negotio exequutiuo, ac restitutionis in integrum, aduersus dictas sententias coram Reuerendo Patre Domino Peregrino Episcopo Vestano, eiusdem sacri palatij Appostolici auditore locum tenente, qui tertiam sententiam protulit, et literas exequutoriales decreuit pendentibus prefati Beatrix et Ioannes eius filius causam huiusmodi coram eodem Peregrino, vt præfertur, pendentem per importunitatem et fauores, quibus pollebant bonæ memoriæ Sebastiano Pighino tituli sancti Calixti dum viueret Presbitero Cardinali et Reuerendo Patri Domino Iulio Oradino eiusdem Rotæ auditori, cum illius auocatione committi obtinuerunt, & per eosdem in causa huiusmodi ad nõ

Otra commission ganada por el Conde Don Arias Gonçalo en tiempo del Papa Paulo quarto, por la qual por muerte del dicho Cardenal de Sant Calixto, su Sanctidad torna la dicha causa ala Rota, y manda q̃ assi enella como en lo de executarse o no, las executoriales, y reuocar o no la dicha inhibiciõ del Papa Iulio, en todo se proceda conforme a derecho.

 nullos

nullos actus, & forsan ad decretum Remissoriæ sub certis modo et forma, quæ pro expressis habere placeat processum extiterit. Ne igitur (Pater sanctæ) causa quæ per tres sententias diffinitiuas (vt præfertur) decissa extitit immortalis fiat, sed suum debitum finem habeat, ac sententiæ & res iudicata huiusmodi debitę exequutioni (sublatis subterfugijs) demandetur, prout æquitas & ordo justitiæ requirūt. Supplicatūr igitur Sāctitati vestrę humiliter pro parte prę fati Ariæ Gundisalui de Auila oratoris, quatenus causam & causas prędictas ab ipsis Sebastiano Cardinali, & Iulio Oradino, & in eorū forsan locum surrogato, vel surrogando auditori, vt constito sibi de tribus conformibus sententijs & re iudicata ac literis exequutorialibus decretis, & ꝙ illarum exequutioni sit locus, vt ad illarum exequutionem, alias iuxta aliarum cōmisionum sibi desuper præsentatarum tenorem continentiam atq; formam, partibus iustitiam ministrando procedat, committere & mādare dignemini, cum potestate citandi, ac quibus & quoties opus fuerit, & sibi videbitur, etiam subcensuris ecclesiasticis, & pœnis pecunarijs suo arbitrio imponendis & applicandis in forma inhibendi, ac quascumq3 inhibitiones ab eisdem Cardinali & Iulio Oradino emanatas (prout iuris fuerit) reuocandi & moderandi, alijsq3 facultatibus necessarijs & opportunis, præmisis, ac quibusvis commisionibus etiam in forma motus proprij, per fælicis recordationis Iulium Papam tertium Sanctitatis vestræ prædecessorem in contrarium quomodolibet concessis, & quacunq3 inhibitione illarum vigore emanata, seu emananda. Nec non constitutionibus & ordinationibus Appostolicis stylo palatij, iuribus, cæterisq3 in contrariū facientibus, non obstantibus quibuscunq3 statum & merita causæ & causarum huiusmodi, ac commisionum hactenus præsentatarum & impetratarū, perinde ac si præsentibus insererentur tenores, formas & continentias pro plene & sufficienter expressis habentes, vel si magis placet, omnia committantur Domino Iulio Oradino in Rota. In fine vero dictæ commisionis siue supplicationis dependentis papiri cedulæ scripta erant de alterius manus litera, superioribus literis ipsius cedulę penitus & omnino dissimili & diuersa hæc verba, videlicet. De mandato domini nostri Papæ idem Magister Iulius procedat in omnibus vt petitur & iusticiam faciat: In extremitate vero inferioris marginis dictæ commisionis siue supplicationis papyri cedulæ scripta erant de alienæ manus litera, superioribus literis ipsius cedulæ penitus & omnino dissimili ex diuersa, hęc verba, videlicet. Placet Domino nostro Papæ Ioannes Michael

Cardi-

Cardinalis Sarracenus: POST CVIVS COMMISSIONIS PRESENTATIONEM, cum iam remissoria prædicta reperiretur decreta, fuit per dominos de Rota pro dictarum literarum remissorialium, cum alijs articulis additionalibus, pro parte dicti illustris Domini Ioannis Ariæ ac Beatricis de Vacna alias de Salcedo principalium datis exequutioni, deputatus & destinatus bonæ memoriæ Ioannis Cardinalis Aldobrandinus, tunc Rotæ auditor, qui quam pluribus testibus hinc inde in partibus per spatium quinq; annorum, in circa examinatis, illorumq; depositionibus ad Romanam curiam de latis & illis, ac alijs depositiōibus testium alias in huiusmodi causa examinatorum, per nos & dominos de Rota, visis, discussis, disputatis, ac diligenter consideratis, ac super illis, & alijs dictę causæ articulis, quam pluribus dubijs in Rota datis discussis & resolutis. Tandem Sanctissimus Dominus noster, Dominus Gregorius diuina prouidentia Papa decimus tertius, postquā plurimas alias commissiones, etiam in forma motus proprij, tam per eius sanctitatē, quā eius antecessoris Sanctę Romanę ecclesiæ Pontifiēes, tam nobis quam alijs Rotæ auditoribus præsentatas, quas hic breuitatis causa inseri omisimus, quandam commissionis siue supplicationis cedulam per vnum ex suis cursoribus nobis præsentari fecit huiusmodi sub tenore BEATISSIME PATER, postquam deuotus sanctitatis vestræ orator Arias Gundisalui de Auila comes de Pugnonrostro quinq; sententias a vestro sacro Rotę auditorio in sui fauorem reportauerit, duas super validitate primi matrimonij, & alias tres super inualiditate secundi matrimonij, ac mala fide Beatricis, & spurietate ac illegitimitate Ioannis Puerto carrero, & exequutio iam fuerat cæpta, adeo potuit idem Ioannes fauoribus quibus pollebat obtinuit committi causam prætensæ restitutionis in integrum, cuius vigore fuit impedita vlterior exequutio, et remissoria expedita per illustrissimū Cardinalem Aldobrandinum, ac ea reproducta, cum grauissimis et intollerabilibus expensis oratoris, diuersis et infinitis subterfugijs, idem aduersarius cauillare cæpit, et adeo benigne per sacrum tribunal Rotę auditus fuit, ꝙ infinita dubia fuerunt disputata super prætensis nullitatibus et prætensis falsitatibus sententiarum et iuriū productorum, quæ omnia antiquitus et de nouo ad fauorem oratoris fuerunt resoluta. Et cum post multas disputationes et resolutiones, nihil amplius superesset disputandum. Procurator Ioannes aduersarij videns causam terminari, non erubuit in actis dare protestationem per quam recusat totum sacrū Rotæ tribunal, et ab vlterio-

Relacion del progresso en la causa de la restituciō en q̄ la Rota refiere q̄ como ya, quādo a ella fue buelta la causa auia sido cōcedida segūda remissoria al dicho dō Iuā y su madre por los dichos Cardenal y auditor, fue determinado q̄ viniesse a executalla el illustrissimo Cardenal Aldobrandino q̄ estōces era auditor, y como tardo cinco años en recebir los testigos y lleuadas a la Rota sus depositiones, y vistas en ella discussas, disputadas y cō grā diligēcia cōsideradas, ellas y iuntamēte todas las depositiones antiguas, y sobre ellas todas y sobre otros muchos articulos de la causa dados muchos dubios por la Rota, y en ella discussos y ressolutos le fue presentada la infrascrita cōmission de su sanctidad.

Vltima cōmission de su sanctidad del Papa Gregorio decimotertio impetrada por parte del Conde don Arias Gonçalo, por la qual hecha relaciō a su sanctidad como el dicho dō Iuā Puertocarrero despues de disputada de nueuo toda la causa, y visto que estaua ya en punto de sentenciarse auia recusado toda la Rota y appellado de su vlterior processo, su Sanctidad mando q̄ sin embargo de las dichas recusacion y apellatiōn, se procediesse ala execuciō de las dichas letras executorias conforme a derecho.

ri processu appellat ad sanctitatem vestram allegando se esse grauatum, non solum a Reuerendis patribus Dominis auditoribus præsentibus, sed etiam antiquis, incipiendo ab anno domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto, de quo tempore cæpit præsens lis. Verum (Pater sancte) quia recusatio & appellatio huiusmodi est friuola & non admittenda & malitiose facta, quoniam post plures sententias rotales, post reproductam remissoriam, & post infinitas resolutiones, & in calculo expeditionis causę. Ideo dignetur sanctitas vestra committere & mandare Reuerendo Patri Domino Ioanni Baptistæ de Rubeis, coram quo causa pendet, vt non obstantibus prætensis recusatione & appellatione factis, ad vlteriorem & finalem ac totalem causę, & sententiarum huiusmodi, ac rei iudicate exequutionem, iuxta formam aliarum cõmisionum procedat, et procedi mandet & faciat, quibuscumq; in contrarium faciẽtibus non obstantibus, ac cum omnibus & singulis facultatibus in sin similibus seruari solitis, & facultate citandi & inhibendi, ac omnes & quascũq; inhibitiones hactenus vigore quarumcũq; cõmissionum emanatas, reuocandi, tollendi, & moderandi, cæteraq; in præmissis & circa ea necessaria & opportuna faciendi, gerendi, & exercendi, etiam iuxta formam aliarum commissionum desuper præsentatarũ, constitutionibus & ordinationibus appostolicis stylo palacij, ceterisq; contrarijs non obstantibus quibuscũmq;. Quorum omnium tenores, statum & merita causæ & causarum huiusmodi pro plene & sufficienter expræssis habentes. Quæ quidem cõmissio in eius pede duas habebat signaturas. Quarũ prima talis erat videlicet. De mãdato. D. nostri Papę. Idẽ auditor moderetur procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. Altera vero sic sub sequebatur. Placet. V. CVIVS QVIDEM, et aliarũ nobis factarũ et presentatarũ cõmisionũ vigore, postquã in causa et causis antedictis adquã plurimos actus iudiciales, inter partes prædictas, seu verius earundẽ procuratores rite et legitime processo, illiusq; tam in contradictorio quã extra, in voce et in scriptis pluries auditis, ac de alijs quã pluribus dubijs inter eas in presentia nostra concordatis, illisq; in Rota propositis, discussis, & disputatis, et resolutis, tandem nos earundem commissionum vigore ad prædicti illustris Domini Ariæ Gundisalui de Auila principalis, siue eius procuratoris instantiam. Primo citato Domino Ioanne Diaz ex aduerso dum vixit procuratori, seu domino litis effecto, per vnum ex sanctissimi Domini nostri Papæ cursorem, ad dicendum contra dictam comisionem, et videndũ mandari procedi iuxta formam illius, necnon post dicti Ioannis Diaz, ex aduer-

Relacion en q̃ la Rota affirma, como despues de oydas muy muchas vezes las partes assi estãdo ambas, o sus procuradores presentes, como por si cada vna, por palabra y por escripto, y despues de auer se dado muchos dubios de cõformidad delas partes, y de auellos propuesto, disputado, y resoluto en rota, citadas las partes fueron mãdadas reuocar y reuocadas por la Rota las inhibi

aduerso procuratoris obitum, eodem illustri domino Ioanne Aria Puerto carrero ex aduerso principali per audientiam literarum contradictarum, sanctissimi Domini nostri Papæ (vt moris est,) ad dicendum contra omnes & quascumq; commissiones hactenus præsentatas, & iusta illarum formam, mandari procedi, necnon ad dicendum contra omnia & quæcumq; acta & iura hactenus producta & facta in causa huiusmodi, & deinde Dominos doctorem Didacum de Andrada, & Didacum Xuarez in Romana curia causarum, & præfati illustris Domini Ioannis Ariæ Puertocarrero ex aduerso principalis, assertos procuratores per vnum seu duos sanctissimi Domini nostri Papæ cursores personaliter, necnon eundem Illustrem Dominum Ioannem Ariam Puerto carrero ex aduerso principalē omnesq; alios sua interesse putantes, eorumq; procuratores siqui sint in Romana curia vel extra eam, per audientiam literarũ contradictarum, sanctissimi Domini nostri Papæ vt moris est, ad videndũ moderari, seu reuocari omnes & quascumq; inhibitiones, in huiusmodi causa, tam per bonæ memoriæ Sebastianũ Cardinalem Pighinum, siuę sancti Calixti, & bonæ memorię Iulium Oradinũ, quam per quoscumq; alios sacri palacij causarum auditores seu loca tenentes, vigore quarumcunq; commissionum decretas & relaxatas, necnon videndum mandari procedi ad vlteriorem, & totalē, ac finalem exequutionem, tam trium conformium sententiarum Rotalium, quam literarum exequutorialium, alias in huiusmodi causa decretarum et relaxatarum, dictis inhibitionibus, ac prætensa causa restitutionis in integrum, cum omnibus inde sequutis & alijs quibuscũq; non obstantibus, & quascũq; literas moderationis dictarum inhibitionum, siue quodcũq; instrumentum, vel mãdatum desuper opportunum in forma solita decerni & relaxari, in vim quarumcũq; commissionum ac facultatum, vel dicendum & causam si quam habet rationabilem, quare præmissa fieri non debeant allegandum, per vnum seu duos sanctissimi domini nostri Papæ cursores respectiue citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum cõpetentem, videlicet ad diem & horam infra scriptos. Quibus aduenientibus, comparuerunt in iudicio corã nobis Romæ in palatio Appostolico, & in aula solita audientiæ sacri tribunalis Rotæ pro tribunali sedentibus Prouidi viri domini Anthonius Xuarez, & Alphõsus de Sancto Stephano, in dicta Romana curia causarum, & præfati illustris. D. Ariæ Gundisalui de Auila principalis procuratores pro vt de eorum procurationis huiusmodi mandato apud acta causę huiusmodi, legitimis constat documẽ-

tiones q̃ impediã la execuciõ delas dichas letras executoriales, conforme a la dicha cõmission y mãdato de su sanctidad, y fue mãdado q̃ se proceda a la vlterior y total execuciõ dellas.

tis, et eo nomine procuratorio, prædicto D. Didaco Xuarez ex aduerso asserto procuratore præsente, eorumdem citatorum non comparentium contumatiam accusarunt, ipsosq; contumaces reputari, et in eorum contumaciam omnes et quascumq; inhibitiones, in huiusmodi causa, tam per bonæ memoriæ Sebastianum Cardinalē Pighinum siue sancti Calixti, et bonę memoriæ Iulium Oradinum quam per quoscūq; alios sacri palacij causarum auditores, seu loca tenentes, vigore quarumcūq; cōmissionum decretas et relaxatas, moderari et reuocari, necnon ad vlteriorem et totalem ac finalem exequutionem tam trium conformium sententiarum Rotalium, quam literarum exequutorialium alias in huiusmodi causa decretarum et relaxatarum, dictis inhibitionibus, et prætensa causa restitutionis in integrum, cum omnibus inde secutis et alijs quibuscūq; non obstantibus procedi mandari et quascūq; literas moderationis, dictarum inhibitionum siue quodcūq; instrumentum vel mandatum desuper opportuno, in forma solita decerni et relaxari, in vim quarumcūq; cōmissionum ac facultatum debita cum instantia postularunt. NOS TVNC IOANNES BAPTISTA DE RVBEIS Decanus auditor et iudex præfatus dictum Illustrem D. Ioannem Ariam Puerto carrero ex aduerso principalem, Didacum de Andrada ex aduerso procuratorē assertum, omnesq; alios citatos non comparentes, et dictum D. Didacum Xuarez ex aduerso assertum procuratorem licet comparentem, nihilominus huiusmodi dici termino in aliquo satisfacere curantem, reputauimus merito iustitia suadente cōtumaces, et in eorum contumatiā attendentes postulationem huiusmodi fore iustam, et rationi consonam, et ꝙ iusta petentibus, non est denegandus assensus, volentesq; præmissam nobis factam et præsentatam cōmisionem, ad effectū debitum perducere (vt tenemur) Iccirco authoritate Appostolica nobis cōmissa, et qua fungimur in hac parte, ad prædicti illustris Domini Ariæ Gundisalui principalis, siue dictorum suorum procuratorum instantiam. Omnes et quascūq; inhibitiones, in huiusmodi causa, tam per bonæ memoriæ Sebastianum Cardinalē Pighinum, siue Sancti Calixti, et bonę memoriæ Iuliū Oradinum, quam per quoscumq; alios sacri palacij causarum auditores, seu loca tenētes vigore quarumcūq; cōmisionum decretas et relaxatas, DE Dominorum coauditorum nostrorum consilio et assensu. Quibus de pręnarratis plenam relationem fecimus et fidelem in præmisis, iuxta præinsertę cōmisionis vim formam continentiam et tenorem reuocandas et moderandas duximus, prout præsentium tenore reuocamus

camus & moderamur, nec non ad vlteriorem & totalem ac finalē exequutionem tam trium conformium ſententiarū Rotalium, quā literarum exequutorialium præinſertarum alias in huiuſmodi cauſa decretarum & relaxatarū, dictis inhibitionibus, ac pretenſa cauſa reſtitutionis in integrum cum omnibus inde ſequutis, ac alijs quibuſcumq; non obſtantibus, procedendum eſſe, pro vt procedi mandamus, has præſentes literas moderationis dictarum inhibitionum, ſiue inſtrumentum publicum vel mādatum, decernendo & relaxando pro vt decernimus & relaxamus, in vim quarumcūq; cōmiſsionum ac facultatum nobis præſentatarum & atributarum. QVÆ OMNIA & ſingula premiſſa vobis omnibus & ſingulis ſupradictis intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtram & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes. Vos nihilominus requirentes, ac etiam mādantes, quatenus ad vlteriorem exequutionem dictarum ſententiarum & literarum exequutorialium vt ſupra, latarum, decretarum, & relaxatarum ac omnium præmiſſorum, procedatis, exequatis, & debitæ exequutioni demandetis, ſuper quibus omnibus & ſingulis licentiam authoritatem, & facultatem concedimus per præſentes. IN QVORVM omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & teſtimoniū has præſentes literas manu noſtra ſubſcriptas, et per infraſcriptum noſtrum notarium et coram nobis ſcribam ſubcribi, ſigilliq; noſtri iuſsimus et fecimus appēſione muniri. DATVM et actum Romæ apud ſanctum Petrum in palatio cauſarum Appoſtolico, in quo iura reddi ſolent nobis inibi, mane hora audiētiæ cauſarum conſueta ad iura reddendum, et cauſas audiendū in loco noſtro ſolito et conſueto, pro tribunali ſedentibus, ſub anno a natiuitate Domini, milleſsimo quingentenſsimo ſeptuageſsimo tertio, indictione prima, die vero veneris vigeſsima menſis Nouembris. Pōtificatus prædicti ſanctiſsimi domini noſtri domini Gregorij diuina prouidentia Papæ decimitertij, anno ſecūdo, præſentibus ibidē dominis Claudio Perrono. Claudio nouene, et Alexādro Manilio Rotæ notarijs, et coram nobis ſcribis teſtibus ad premiſſa vocatis, habitis, ſpecialiter atq; rogatis.

La data delas dichas vltimas executoriales.

IOANNES BAPTISTA DE RVBEIS, ROTÆ DECANVS AVDITOR.

ET QVIA Dominus Bernardinus de Notarijs ſacri palatij Appoſtolici cauſarū, et Ro-

tæ notarius, ac in huiusmodi causa coram præfato Reuerendo patre Domino Ioanne Baptista de Rubeis, Rotæ decano scriba de præmissis rogatus fuit, eaq; in actis suis annotauit. IDEO EGO IOANNES THOMAS CARESANA Cameræ Appostolicæ notarius, & archiuij Romanæ Curiæ scriptor ob dicti Do. Bernardini ab vrbe absentiam, has præsentes literas moderationis inhibitionis, siue publicum instrumentum aliena manu fideliter scriptum signoq; meo consueto munitum nomine & vice dicti Bernardini subscripsi & publicaui, in fidem præmissorum requisitus.

¶December. 1573. Fælix Tanarius, Mensarius.

¶Pro duplicato.

EL original esta presentado enel processo desta Real audiencia de Valladolid. Y ay otro original duplicado, que se mostrara a qualquiera que lo quisiere ver.